Seur





THECA CLERR. REGG. S. PAULI
COLLEGII SS. BLASII ET CAROLI DE URBE
PLUT. O. LOCULUS VI. NUM.

13-22 6. 22.



TRACTATVS

RESERVATIONVM BENEFICIORVM,

Reuerendiss. P. D. IACOBI SIMONETTÆ, Mediolanensis Patricij atque Sacri Palatij Apostolici iampridem causarum Auditoris præstantissimi.

Tandemq; Cardinalis meritissimi.

Studio, & labore PAVLI GRANVCCII *V. Luca oriundi, & Apostolici Prothonotarij diligenter expurgatus, Appendiculis, nouisq; Quæstionibus auctus,*

ET SVMMARIORVM, DVPLICISQVE Indicis dote locuples redditus primo Coloniæ Agrippinæ anno 1583.

DOMVMQVE EO ITALIAM REVERSO, iterum elimatus, & amplificatus.

Nunc secundo ad illorum vtilitatem, qui in foro Ecclesiastico versantur, vbi de Regulis Cancell. cæterisque reseruatorijs, & Ordinariorum alternatiuis persæpè disceptare consueuerunt, luci donatus.

CVM PRIVILEGIIS.

Collegij:



SS. Blasij et Caroli

ROMÆ, Apud Marcum Antonium Murettum.

M. D. LXXXIX.

BIBLIOTECA NAZ. ... EMANUELE ROMA

SANCTISSIMO
ET OPTIMO
PRINCIPI,
ATQVE PONTIFICI
Maximo, SIXTO V.
felicitatem.





VINTVS iam agitur annus (Pater Beatissime) ab anno illo mihi sanè cum dolore memorabili, ac propè funesto, quo (Truchsesia defectione, apostasiavè id exigente) Religiosissimi olim Episcopi, & Apostolici Nuncij Bonhomij iussù, pollicitationibusque Sanctitati Vestræ notissimis, ex Hungaria sum accersi-

tus, cum Coloniam Agrippinam comitaturus, Auditorisq; personam suscepturus. Imperata me & fecisse, & officio non defuisse meo, nimirum in periculum capitis, vitæque discrimen pro Catholicæ Ecclesiæ commodo sæpius me intulisse (erant enim omnia cum inimicorum instructa telis, tum Hæreticorum septa cuniculis, epidimiæque grassante lue, terroris, & periculi plena) idem Nuncius locupletissimus mihi testis fuit. Res tandem bellè cecidit, quo nomine Romanæ sedi, Christianæque Reipublicæ gratulandum est. Illud interea à me prætermissum non fuit, vt succisiuis horis, præstantem hanc Cardinalis Simonettæ de beneficiorum reseruatione tractationem, quam mendis vndequaque scatentem, Typographus sub prælo habebat: Nuncij ipsius voluntate, ac mandato expurgarem, appendiculisque, ac nouis quæstionibus locupletatam, promulgari curarem. Quam nunc satis superque à studiosis desideratam, & suo quasi iure efflagitatam; extrema manu imposita, sub felicissimo Sanctitatis Vestrę sydere (in cuius maximè lumine vn

decim

decim iam annos, & eo amplius (Beatissime Pater) satis oblector, eo consilio in lucem edo; vt benignitatis in me tuæ perpetuum possit esse monumentũ. Iampridem reputans Sanctitas Vestra (quæ illius animi magnitudo est) non permissuram, vt qui tot laborum, ærumnarumque comes, & particeps tunc fuerim; nunc præmiorum illorum sim expers, quibus cumulatè affecti sunt ij, qui eo tempore in tam turbulento negotio, Romanæ, & Catholicæ Ecclesiæ operam suam non indiligenter nauarunt. Profiteris enim (Pater Sanctissime) estque illud quasi apophthegma tuum, te nec sine præmio rectè facta, nec sine pœna maleficia relicturum. Quamobrem his verbis, cæterisque humanitatis, & spei plenis, & fidem habui quam debui, & acquieui. Eoque etiam magis alacriori animo: quòd Illustrissimo, Reuerendissimoque omni pietate, iudicio, ac munificentia planè amplissimo viro D. ALEXANDRO PERETTO S. R. E. Cardinali Montalto mei, germaniq; Fratris Horatij clementi Domino, atque Patrono negocium dederis, vt occasione

 oblata,

oblata, idipſum Sanctitati Veſtræ in mente reduceret. Quare operam me luſiſſe non opinor. Quinetiam dum viuam, eo mea ſtudia, conſiliaque dirigam, vt in me gratum animum, officiumque vllum, obſequiumvè minime deſideres. Vale Pater Beatiſſime, religione, grauitate, & prudentia præſtantiſſime; miſerorum,& in Vinea Domini laborantium conſolator optime: eorum qui tibi officia minimi etiam momenti olim præſtiterunt, beneficentiſſime, nedum memor,& grate. Iuſtitiæ, pacis, & communis rerum affluentiæ cuſtos ſolertiſſime: ſuperſtitioſæ antiquitatis, in Dei gloriam, publicumque ornatum præclare emendator: piarum, heroicarumq; actionum ſplendidiſſime Archetype: æque comis, & præſtantiſſime Protector bonorum, malorũq; vindex vltorq; formidabilis. Ac me ita vnum in præclarum illum (nec fortaſſe iniuria) ac felicem famulorum tuorum gregem aſcribere ne graueris: vt quamquàm illud certiſſimum eſt quòd in ſacris litteris expreſſim legimus: *ſpes quæ differtur affligit animam*, non dubitem tamen quin (quod de Deo cecinit

Pſaltes)

Psaltes) *memor sis verbi tui, seruo tuo, in quo mihi spem dedisti*. Viue Sanctissime Pater quam diutissime & tibi, & nobis coniunctis, atque adeo Christianæ Reipublicæ vniuersæ. Romæ. iiij. id. Octobris. M. D. LXXXVIII.

Beatitudinis Vestræ.

Deditissimus famulus

Paulus Granuccius.

IO. FRANC. BONHOMII
CREMONEN. EPISCOPI
VERCELLEN.

ATQVE APOSTOLICI NVNCII
OLIM DOMINI MEI
PROGNOSTICON.

Auditione per eum accepta quòd die 24. Aprilis. 1585. S.V. fuerat in summum Pontificem creata.

TETRASTICON.

SIxtus *vbi V. describitur, inde seorsum*
Litterulas numeri subtrahe quasq; notas:
Vnum, bisque decem poteris distinguere, Præsul
Ergo tot ille annos Vrbis, & Orbis erit.

DE SIXTI QVINTI PONT.
OPT. MAX. INSIGNIBVS,
PAVLI GRANVCCII
EXASTICON.

HErcvlei *dudum mirabar terga Leonis,*
Sidereas inter numen habere faces:
At dum Sixte *tui terris fulsere Leones,*
Terra ipso visa est pulchrior esse Polo.
Namque necem fert iste infausto sidere nobis,
Felici *illorum sidere vita datur.*

QVÆ-

QVAESTIONVM ET RVBRICARVM
Huius Tractatus Epitome.

Mentio

Affe-

Clau-

FINIS.



TRACTATVS RESERVATIONVM BENEFICIORVM

REVERENDISS. P. D. IACOBI SIMONETTAE ROTAE ALMAE VRBIS AVDITORIS.

Tandemque Cardinalis meritiſſimi.

CVM APPENDICVLIS, nouisq; Quæſtionibus Pauli Granuccij V. I. C. Luca oriundi, & Apoſtolici Protonotarij.

FOELIX INCEPTIO.

Reſeruatio quid, vndeque originem trahat.

SVMMARIA.

1 RESERVATIONIS *deſcriptio traditur.*
2 *Origo reſeruationum inquiritur.*
3 *Germani, & Galli reſeruationes non admittunt, & quare.*
4 *Concordata Germaniæ quid contineant.*
5 *Papa an concordatis derogare queat.*
6 *Germani cur ita dicti.*

QVÆSTIO PRIMA.



DEI Omnipotentis, eiusq; gloriosissimæ semper Virginis MARIÆ nominibus pie inuocatis, Reseruationis descriptionem ab Auctore omissam præponere operæ precium esse duximus. Arpinate principio Officiorum vers. placet igitur, dicente: Omnis quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Definitionem non diximus: quoniam Iauoleno Auriga, eam omnem in iure periculosam esse non ignoramus.

Idcirco ab illo, qui cauillare haud nouerit, ita summatim perspicuam reddi posse minime addu-
1 bitamus. Nempe, *Reseruatio † est ecclesiasticæ beneficialis collationis, electionisve, ab Ordinario, per potestatem habentem ad tertij etiam fauorem, facta ante vacationem auocatio.* quam ex decis. Rotæ 28. 30. & 32. de præb. in antiq. decis. Bisig. 9. eo. tit. Alleg. Lap. 84. & præsentis tractatus cursu, mediocriter adhuc doctum facile tueri posse planum videtur. Posteaquam multa complectitur, & præsertim electionē, de qua in c. si eo tempore, de elect. in 6. & per Rebuff. in prax. tit. de reseruatio. num. 31. & seq. atque per istum infra q. 80. in princ. & alibi. Nec non illā amplectitur reseruationem, ad tertij fauorem indultam, iuxta. c. ex parte, & 1. de offic. deleg. Cassador. decis. 4. in fi. de const. Rebuff. in addit. 2. reg. Cācel.

ibi itē per dictam clausulā, & apertius in verbo, & Cardinalium familiariū beneficia, ibi aliæ sunt speciales, Aene. loco mox adducēdo. q. 2. principa. nu. 3. Pute. decis. 153. In vna Carthaginen. in princ. ac decis. 262. In vna Illerden. lib. 2. & Achill. de Grass. decis. 9. super reg. Cancel. Gabriel. de clausul. conclu. 2. nu. 87. Quæ continere non dicitur descriptio in huic simili tract. per Aeneam de Falcon. posita, q. 1. principali, nu. 1. dicens: *Reseruatio est alicuius beneficij ecclesiastici vacaturi, per potestatem habentem, ad se facta auocatio.*

2 Originis reseruationum indagationem † pertexere, secundo libet. Qua in re Thom. Feltr. in tract. reseruat. circa princ. ortum a Nicolao I. Seruatoris anno 860. habuisse opinatur, ex tex. fretus, in cap. porro. 63. distinct. quem Simonetta noster infra q. 3. & num. 11. expendit.

Gomes. autem in Regularum Cancellariæ prohemio, versic. redeamus igitur, inuentas esse dicit à Ioan. XXII. anno circiter 1322.

Cæterum, accuratius rem hanc inuestigasse reor D. Bursat. quamuis de Gomesio non meminerit, in eius consi. 126. nu. 18. & fere per totum, lib. 2. quo loci, à Clemente V. anno 1305. initia ducere ostendit, & per consequentes Pontifices ampliatos, ad nostra vsque tempora in Regulas etiam Cancellariæ redactas esse. illasque Christi Vicarijs iure debitas fore, non sine studio aperit.

3 Tametsi Germani † has reseruationes non admittant, prout neque Galli, Rebuffo teste in eius accretionibus ad prax. & reg. 4. Cancel. in princip.

Quid de Germania quamuis testimonium haud afferat. id tamen manifesto nobis probant Abb. & Dec.ad cap.5.de electio.ille numero 4.hic verò numero 1.quorum sententijs idem Bursat. loco præcitato, numero 25.& 98. se subscripsit. Addimus pariter Cassiodor.decisio.vnica, de pact.incip.concordata Germaniæ. & Ioan. Paul. Ptolemæum decisio.85. incipien. Virdunen. canonicatus, & præbendæ, atque Puteum decisio.47. incip. Nicolaus V.libro 1.dicentes, ex eo procedere, quia habent facultates beneficia conferendi, reseruationibus, & expectatiuis non obstantibus, Galli scilicet à Leone Decimo. anno 1516. Germani auté à dicto Nicolao V.vt idem Bursatus ostendit ibidem num. 85. & sequen. Quæ quidem facultates concordata ideo appellantur: Quòd Ioannes tunc Diaconus Cardinalis,in partibus istis idonea cum potestate, & Legatus Apostolicus existens, ita cum Federico Imperatore, alijsque Ecclesiasticis, & secularibus loci Principibus concordauerit. Ipseque Nicolaus V.anno 1447. 14.calend.Aprilis firmitatis robore communiuerit.

Nec enim,vt breuiter exponam, aliud Concor-
4 data Germaniæ continent, nisi † extrauagantium Execrabilis,atque ad Regimen moderationem, cũ reseruationum a communi iure duntaxat præscriptarum,peculiari retentione. Permittitur tamen illis in Metropolitanis, Cathedralibus,atque etiam immediate non subiectis Ecclesijs, & Monasterijs immediate Sedem Apostolicam recognoscentibus,canonica electio, intra tempus Constit. Nicolai

lai III. incipien. cupientes facienda. Alioqui ad sanctam Sedem deuoluta censeatur. Cuius electionis confirmationem a Christi vero Vicario efflagitare tenentur particula tali addita (quam clausula non Latine appellant) videlicet, *Nisi ex rationabili, & euidenti causa, ac de dictorum fratrum Cardinalium nostrorum consilio, de digniori, & vtiliori persona duxerimus prouidendum.*

Porro sibi Papa reseruat Monasteriorum Monialium exemptorum dispositionem, & tunc per commissionem ad partes. Cætera vero beneficia, & dignitates vult vt illi conferant, ad quos antea spectabant. In mensibus tantum Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, dispositione quauis alia, reseruatione, gratia expectatiua quacunque sub verborum forma factis, & faciendis non obstantibus. In reliquis autem sex anni mensibus collationem illis indulget: in euentum, in quem Sum. Pont. beneficia omnia huiusmodi pro tempore vacatura intra trimestre spacium à die in beneficij loco vacationis, non contulerit. Alia pleraque complectitur ad hanc, de qua sermo est, collationem minime pertinentia, de quorum intellectu habetur plene per Cassiodor. d. decis. vnica, de pactis.

Quare si veritati aliquid Puteus in loci iam relati fine (negatiuam vna cum Rebuffo in Concordatis tit. de collatio. vbi per eum, amplexus) illa in quæstione non detrahit, An scilicet Papa † cõ
5 cordatis derogare queat, & cum Rebuffo D. Horat. Mandos. residet ad Roman. consilio 252. in vlt.

 addit.

addit.post Gabriel. de iure quæsit.non tolléd. conclus.5.nu.2.in fi. vbi de communi. cuius conclusionis oppositam partem concedit Ptolemæus d. decis.85.ibi.Non obstat,quod dicatur concordata habere vim contractus cum Sede Apostolica, & propterea nunquam intelligitur Papam illis derogasse,nisi facta de illis expressim mẽtione.Quia &c.ac Pute. d.decis.47. nu.3. & Mandos.2. q.2. regul.sub num.12.cuius tamen quæstionis veritas est,Papam posse,& præsumi illis derogare,præter quam quòd in gratijs præuentivis,& aliàs prout conclusum fuisse animaduertimus. In vna Metem Canonicata, & præbendæ coram R.P.B. meo . . . . octaua Nouembris. 1577.

Et rectè per Rotam ad cõcordatorum fauorem, eodem Io.Paul.Ptolemæo proponente, iampridem peruentum est,prout Mohedan.nos docet,dec.92. incip.Varsionen.Sacristiæ.& Put.decis.345. in vna Augustana.lib.2.vbi de concordatorum pariter intellectu differitur:Concludendum est, Germanos, & Gallos neminem iniuria afficere, postquam in collationibus iure, ex Summorum Pontificum concessionibus ad illos spectãte,vtuntur.iux.c.cum ecclesia Vulterana, ibi quia non videtur, de electionibus. Rota.decisio. prima. alias 871. de sepultur. in antiquis.

6 Cur autem Germani sint ita † appellati. glo.declarat in cap.2.distinctio. 34. Prima in ordine, dicens, quia sunt verum germen, vel vere nobiles. Paul. Granucius.

Refer-

Reseruare qui potest?

SVMMARIA.

1 *Reseruationes votum captandæ mortis inducunt, & quare. num. 9.*

2 *Reseruationes qui facere possunt, & nu. 7.*

3 *Papa habet potestatis plenitudinem in beneficialibus. & nu. 11. vbi declaratur.*

4 *Beneficia omnia mundi, Papæ sunt Manualia. & numero 13.*

5 *Papa sine alia reseruatione, potest omnes Orbis collatores præuenire.*

6 *Papa potest quemlibet suo iure priuare in beneficialibus, etiam sine causa.*

8 *Vacatura beneficia quot modis prouideantur.*

10 *Papa solus (non autem inferiores) potest dare ius vacaturis.*

12 *Papa solus est Summus inter omnes, cæteri vero sunt in partem sollicitudinis vocati. nu. 13.*

14 *Papa nullus est maior in beneficiorum collatione.*

15 *Papa non potest rem meam mihi sine causa auferre.*

16 *Papa nunquid sine causa aliquem à proprio beneficio transferre queat?*

17 *Francisci Orani Rotæ Auditoris mentio.*

18 *Additamentum eius est naturæ, cuius est res, ad quam adijcitur.*

QVAEST. II.

1 REseruationes beneficiorum, quia votum † ca-
a ptandæ [a] mortis inducunt, licet aliis inferiori-

b bus [b] prohibitæ sint: Romano † tamen Pontifici
2 conceduntur, c.dilectus, de præben.cap.2. eod.tit. in sexto. c.proposuit, de concess.præbend. & hoc
c propter potestatis plenitudinem, [c] quam Papa † in
3 beneficialibus habet, dicto cap.proposuit, & Clem. 1.ad finem, vt lit.pend. Quapropter Bal.in l.rescripta.C.de prec.imper. offerend. dixit, quòd omnia
4 † beneficia Mundi sunt Papæ manualia. [d] Hinc e-
d tiam est, quòd Pontifex sine alia reseruatione, po-
5 test † præuenire [e] omnes Orbis collatores, ex sola
e voluntate, vt per Feder.de rerum permutat.in quarta quæstio. Et potest quemlibet iure suo, etiam sine
6 † causa in beneficialibus priuare, [f] vt plene nos do
6 cet Archidiac.in tract. de hæresi, incip.Sanctiss.in Christo patri fol.15. versic. & quia tanta est præeminentia, de quo tamen dicendum est, vt late per Felin.in c.quæ in ecclesiarum.14.colum.circa principium, versic.prima est declaratio, de constitutio.
7 Legatis † pariter de latere huiusmodi reseruationes conceduntur, sed cum modificatione tamen.c. præsenti, & cap.deliberatione, de offic.legat. lib.6. vt per glos.fina.ad fin.in cap.2.de concess. præben. in sexto.quam ibi Geminia. & Perusin. notant: di-
8 centes, quòd olim quatuor † fuerunt modi prouidendi de vacaturis, quorum vnus per illud. c. correctus est, alij vero intacti remanent. Vnus dicitur, quando per Papam prouidetur, iuxta d. cap. proposuit, de concess.præbend. Alius, quando Legatus reseruat, iuxta c.cum dilectus, de iure patro. Et quartus, ex dispositione iuris communis, vt si recipior in canonicum, habeo ius ad præbendam vacaturam

caturam, ex dispositione.c.relatum, de præbend. & c.cum super iunctis, ibi notatis, de concess. præb.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Captandæ. *6. ne captandæ, de concess. præb in 6. Lap. alleg. 84. Dominus Papa nu. 7. inf. q. 5. nu. 4. optime tex in c. 2. ibi ne † desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locũ & beneficium se crediderit successurum, eo. tit de concess. præb. libro tamen tertio.*
9
b Inferioribus. *prout in c. 2 vbi gl. 3. de conces præb. in 6. rationem adducit aliud. c. secundum, ibi, verum*
10 *etiã ius, de præb. eod lib. 6. dicens, † neminem (præter Papam) ius ad vacaturam dare posse. Meminit D. Mãdos. ad Reg. Cancel. 19 de infirm. q. 17. nu. 10. addimus decis. Rotæ primam de præb. in nou. ibi secus vero. & Gabaram de legat. lib 4. num. 5 fol. 103.*
c Plenitudinem. *videre te non pigeat meliorem tex.*
11 *in c. 2. circa prin. de præbend. lib. 6. dicit nempe † Papam in beneficialibus plenariam dispositionem habere, de quo etiam in c. cuncta per mundum, cum c seq. 9. q. 3. gl. fin. in c. fi. de electio. in sexto. Alex. consi 219. num. 4. libro 6. Selua de benefic. parte 1. q. 4. num. 21. Mandos. in præfat. reg. 2. nu. 4. & alibi auctor inf. q. 18. nu. 2. Bursat. consi. 126. nu. 38. 2. lib. Caputaquens. dec. 386. In vna Oscen. lib. 1. Couaruu. in 4. lib. decr. 2. par. c. 6. §. 9. & lib. 3. ver. resoluti. c. 6. num. 9. atq; in c. 31. prac. quæst. sub nu. 3. & fusissime per Vici. In communi opin. cur Pontifex in beneficialibus. in nou & nuper ita fuit tentũ in Rota. 2. Iunij. 1574. in vna Colonien. canonicatus incip. Domini noluerunt coram R. P. D. meo Aldobrandino iam Illustrissimo Cardinale. vt nõ immerito*

immerito Milis dixerit, Papam posse mutare quadrata in rotundum, in eius Repert. vers. Papa potest. quod Gambara intelligit in his quæ sunt iuris positiui, per c. proposuit, de concess. præb. & c. ex tuarum, de auth. & vsu pall. In eius tract. de legato, lib. 2. versic. 11. nu. 201. fol. 36. admittit nihilominus Pontificem Max. declarare, interpretari, & modificare posse (dispensando) quæ iuris diuini sunt, lib. 10. conclus. 13. num. 363. fol. 318. qua de quæstione remitto me ad Theologos, & illos (præcipue Illustriss. D. meum vitæ, morum, & doctrinæ fulgentiss. sydus Cardinalem Io. Hieron. Alban.) qui de potestate Papæ ex professo tractarunt.
12 *Alios † autem in partem sollicitudinis esse vocatos, dicitur 2. q. 7. cap. decreti, additio. 1. ad decis. Bellamer. mox citandam.*

d Manualia. *refert, & sequitur Gomes. in prohem. Regul. vers. considerata etiam persona, atque in Regul. de non tollen. iur. quæsit. q. 1. vers. illud tamen. Et nimi-*
13 *rum, postquam Papa † est Ordinariorum totius orbis Ordinarius, & iurisdictionem habet vniuersalem, vt ibi per eum ex glo. in verb. priuata, in c. fœlicis. § si de pœnit. in 6. addimus Bellamer. decis. 754. si Rector, nu. 1. Mohedan. decis. 54. Episcopus Zamorensis in fine, Bursat. fuse consilio 90. nu. 23. & 109. libro 1. & d. consil 126. num. 48. quòd Rotæ placuit in vna Cracouien. Parochialis corã D. Accorambono, die 20. Maij. 1551 nu. 3. prout habemus in recollectis Caputaquẽs. sui temporis, ver. donatio. decis. 1. seu. 282. par 2. nul-*
14 *lumq; † maiorem esse ipso Papa Ordinarium in beneficiorum collatione, dictum reliquit Rom. cons. 335. nu. 7.*

e Præuenire. *Federicum in loco hic citato adduxit*

& Mil.

& Mil.in Repertor. verbo, Papa potest conferendis Assentit, necnon Selua de benef. 3. parte. q. 60. post Rotæ decis. 1. incip. si statutum, ibi, ipse enim in conferẽdo, alias decis. 3. item decis. 17. licet de more, ibi præterea Papa, de præbend. alias 244. in nou. Bursat. d. consil. 126. nu. 48. addo Pute. decis. 48. nu. 6 in fi. 7. & 8. 1. 3.
f Priuare. *Aymonem cernito in tract. de antiqui. tẽp. 1. part. num. præcipue 37. ac omnino Gabriel. lib. 3. de iure quæsito non tollend. conclus. 1. limit. 1. num. 9. & seqq. & auctoris cõclusionem amplexa est Rota, coram R. P. D. meo Seraphino. In vna Imolen. Castrorum Veneris 22. Aprilis. 1575. Incip. licet in beneficialibus; in quibus Papa habet potestatem absolutam, teneat priuatio per eum facta etiam sine causa, vt per Mohed. decis. 86. & ideo tali casu adhiberetur fides enunciationi ab eo emanatæ, tamen in profanis & c. ac dato quod priuare quẽ beneficio sine causa valeat, rem*
15 *tamen meam † mihi auferre posse nequaquam Mil. admittit in Repert. vers. Papa, de plenitudine potesta. qua de re Gabriel. loco iam dicto vide.*
16 *An autem trãsferre † aliquem absque ratione, causa ve possit, affirmatiuè Gomes. respondit in regul. de nõ tollend. iur. quæsito. q. 1. vers. illud tamen. quem aduersus esse magis communem opinionem ex Felino in cap. quæ in ecclesiarum. nu. 43 de const. perspicacissimus D. Horatius Mandos. inter primarios in Alma Roma aduocatus, (prout Doctissimi, atque in rebus agendis so-*
17 *lertiss. D. Francisci † Orani Leodiens. Rotæ Sacri Palatij Auditoris meritissimi, nostrorumq; adhuc imminentium pro S. Sede Apostol. discriminum participis, illustri à testimonio accepimus, testatur: Is enim ad*
Ludou.

Ludou.Roman.consi.345.littera B.Cum quo licet Selua de benefic. in 3.parte tracta. q.37. residere videatur, multa pro Papæ in his libera voluntate (quæ pro ratione habetur) & amplissima potestate in medium deducere possemus, quæ ne e scammate huius tractatus egredi videamur, missa facimus. Nos plane haud
18 *latet additamentum † eius naturæ esse debere, cuius res est, ad quam adijcitur, c.super eo, de præb.in 6.Rot. decis.33.nu.3.de præb.in antiq. incip.circa secundam.*

Quibus ex causis Reseruationes sint inuentæ

SVMMARIVM.

1 *Reseruationes nonnullas quare ius commune introduxit, multas autem deinde Pontifices.*
2 *Pontificalis sollicitudo multis indiget ministris.*
3 *Papa remunerare tenetur Sedis Apostolicæ ministros. & num.5.*
4 *Altari seruiens, de altari viuere debet.*
6 *Reseruationes inuentæ, vt viris virtute, & litteris præstantibus prouideri possit.*
7 *Virtuosis mundus illustratur.*
8 *Dispensationis causa iusta est hominis virtus.*
9 *Episcopi aliquot creati puri laici, ob meritum vitæ singularis.*
10 *Reseruationum etiam causa fuit abusus Ordinariorum.*
11 Colonien.& Treueren. *Ecclesiæ aliquando fuerunt Papæ reseruatæ.*

Reser-

12 *Reseruationes semper præsumur ex causa factæ.*
13 *Præsumendum non est Papam velle aliorum iurisdictiones sine causa vsurpare.*
Intellect. c. ecclesiasticis. 12. q. 2. ibidem in addit.
14 *Episcoporum Vercellen. & S. Seueri Nunciorum Apostolicorum mentio.*
15 *Ernestus Bauariæ Dux concordissime electus Archiepiscopus Colonien. die 23. Maij 1583. ad veteris Calendarij præscriptum.*

QVÆST. III.

1 QVare autem ius commune nonnullas † reser-
2 uationes introduxit,[a] & multæ postea per regulas à Pontificibus inuentæ fuerunt? aliæ etiam in dies priuatis personis concedantur? Causæ plures considerari possunt. Et primo cum sollicitudo † onerosa Pontificalis, c. inter sollicitudines, de purg. canon. multis indigeat in officio ministris, quoniam messis multa est, sed operarij pauci. 21. distinctio. capit. in nouo, & propterea multi vocentur in partes sollicitudinis istius, cap. ad honorem, de auth. & vsu pall. quos Papa remunerare † tenetur, cum secundum Apostolum, qui altari seruiat, † de altare viuere debet, cap. cum secundum Apostolum, de præbend. Immò Pontifices illos † adhuc remunerare tenentur, qui antecessoribus eorum seruitia laudabiliter præstiterunt, nam Ecclesiasticis desudantes vtilitatibus, ecclesiastica remuneratione dignũ est gaudere. c. charitate. c. ecclesiasticis,[b] 12. q. 2. Item cum ad Papam, & Apostolicã Sedem

Sedem vndique pauperes clerici subuétione indigentes,confluant,quibus ne in clericalis ordinis opprobrium,mendicare cogantur, prouideudum est. 93.distinct.Diaconi.Insuper prouidendum cum sit nobilibus,& magnis personis,vel eorum filijs,& cõsanguineis,quorum industria, & opera Ecclesia sæpe adiuta est,& in dies adiuuatur, ac deceat, quod Sedes Apostolica se liberalem in conferendis beneficijs ostendat. c. Sedes Apostolica, de rescript. vt pro tempore ad seruiẽdum,& auxilium ei prẹstandum cuncti facilius inducantur, iustum fuit, & æquum modum inuenire, per quem Papa posset de ingratitudine non redargui, immo de beneficijs multis prouidere, ad hoc, vt per eum fiat iusta distributio, maxime cum in eo donandi immensitas, iusta mensura sit.§.finimus,in Authen. de non alienand.coll.2. has rationes assignat Zenzelin. in extrauag.execrabilis.§.qui verò deinceps, vers. alioquin,in verbo, reseruamus.

Sunt qui etiam dicant,reseruationes inueniendi causam fuisse,vt prouideretur viris litteris,& virtu
6 te † præstantibus, quibus Ecclesia plurimum indi-
7 get c.cum ex eo,de electio. in 6. & quibus † Mundus illustratur,Authent.habita. C.ne fil. pro patro.
c quemadmodum hominis virtus est iusta [c] causa,
8 † vt cum eo dispensetur,c.de multa,de præben.vbi Abb.in vlt.not.Et in c,statuimus. 61.distin. legitur,
9 quòd propter meritum † vitæ singularis,Nicolaus, Ambrosius, & Seuerus ex laicis ad Episcopatus (præter iura) electi sunt: prout hæc fuit causa, ꝙ (Valerio viuẽte) Augustinus Africanam Ecclesiam

inui-

inuiſeret, vt illius verbis dicta Eccleſia frueretur.c. non autem.7.q.1.cum alijs,de quibus per Romanū in repet.l.ſi vero. §.de viro,in 10.fallent.ff.ſol.mat.

Interque cæteras,maxima introducendarum re-
10 ſeruationum cauſa fuit abuſus † permagnus Ordinariorum,qui aut ſuis conſanguineis,amicis,aut familiaribus duntaxat prouidebāt,vltra quòd ſi alijs eos prouidere contingebat, aut fauoribus, aut impreſſionibus laicorum illicitis,aut ſimonijs plerunque id faciebant. In electionibus autem, corrupta vt plurimum ſuffragia,aut per potentiam laicorum quaſi coacta preſtabantur,aut inter eligentes,& ipſis adhærentes,infinitæ (vt docuit experientia) inſurgebant cōtentiones,& rixę,quę cauſæ,antiquiſſimis adhuc temporibus credendum eſt,quòd ad-
11 duxerint Papam Nicolaum,vt Colonien.† & Tre-
d ueren.Ciuitatum Epiſcopatus [d] ſibi reſeruaret,prout legitur in can.porro. 63.diſtinct.

Ex his igitur cauſis,longa experientia docti,Romani Pontifices reſeruationes induxere, vt oībus iuxta merita,& recte beneficia diſpenſari poſſent.

Vnde Ioan. XXII. in extrauag. ex debito Paſtoralis officij exorditur, quòd illam beneficiorum reſeruationem facit, vt facilius, & vtilius Eccleſijs prouideatur, quarum diutina vacatio pernicioſa eſt,pariter & damnoſa, propter frequentes in electionibus,& prouiſionibus diſcordias.

Benedictus vero in Extrauagan.Ad regimen,reſeruationem illam ſe facere teſtatur,vt viris idoneis de Eccleſijs prouideatur,qui eis & poſſe,& prodeſſe nouerint.

Sciendum

11 Sciendum est etiam, reseruationes † semper præsumi ex iusta causa factas esse. Non enim credendum est, quòd sine causa velit Papa † aliorum iu-
13 risdictiones turbare, vel vsurpare, [e] ad c. non nos
e 40. distinct. c. quamuis, de rescript. in 6. licet sola Papæ voluntas [f] pro reseruatione sufficiat, nec alia causa quærenda sit, c. fi. eo tempore, vbi gloss. & post eam alij notant, de elect. in 6.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Introduxit. *quas Gomes. enumerat in reg. triennali. q. 31. præcipue in versi. secundus igitur articulus. & Aene. de Falc. hoc eodem tract. q. 2. principali, nu. 12. aliquot prosequitur.*

b Ecclesiasticis. *nota optimum tex. ibi ecclesiasticis desudantes vtilitatibus. quem aduersus opponere illi non erubescunt, (de quibus Mandos. eius in emuncto tract. ingratitudinis, mentionem habere fuit oblitus) Summos videlicet Pontifices labores illorum flocci pēdere, sine ve remuneratione deserere, qui mediate (vt aiunt) aliquid in Sedis Apostolicæ quæstum, compendiumque præstiterunt. Hic enim Canon eorum ingratitudinem confundit, repellit ve, quoniam de opera huiusmodi mediata nihil (excipiendo) dicit, & plusquam pro comperto habetur, quòd Lex vbi aliquid vult, exprimit. l. vnica. §. sin autem ad deficientis.* C. de caduc. *tollend. Mandos. in q. 28. reg. 32. Cancell. num. 2. eaque nos dicere non debemus, quæ Canon ipse non dixit. l. si vero. §. de viro ff. solut. matr. vbi traditur, quòd a lege non*

nō expreßum pro omisso haberi debet.c.ad audiētiam, de decimis. Bursat.cōsi.200.nu.38. & seq.lib.2. Immo generaliter intelligēdus est prout disponit.c.quoniā,in fine,de coniug.lepros.l.procurator cui.ff.de procurat. Gomes.reg.de infirmis.q.5.in fin.Pute.dec.240. incip. die 13.Ianuarij,nu.2.lib.1. Nam generaliter disponendo nouā cōstituit regulā.§.oēs autē,Institut.de perpet. & temp.actio.Domin.in c.nō est, in glo. 1.de Constit. in 6.Gambara de legato,lib.3.sub nu.138.cui standum est omnino,donec de exceptione per eos deducta doceatur.l.ab ea parte.ff.de probat.Tiraq.de vtroq;retract. §.1.glo.9.nu.209.Vasq.cōtrouers.illustr.c.45.nu.2.et c.84.nu.24. Neque dispositionē illius inter mediatos, immediatos operantes minime distinguentē,nos distinguere debemus.l.de precio,vbi oēs.ff.de publician.Gomes.loco iā dicto.q.14.in prin.post Mil.in Repert.vers. lex generaliter. Caputaq. decis.80. incip. in dubio an regula lib.1. sat nempe erit sanctæ Apostolicæ Sedi vtili opera frui,vt teneatur ad antidota, iuxta gl.in d. c.ecclesiasticis,citantem.c.in offic.de testa. & in terminis,quod Papa mediatos Legatorum familiares remunerare teneatur. Gambara de legato, lib.9. in fi. q.29. præsertim num.198.iunctis præcedentibus.fol.290.

Quæ pluribus roborare consulto dimittimus, ne dictum in nos id fore,pie lector, arbitreris. Postea quam te non latere cēsemus, per quatuor expletos annos Cameræ Apostolicæ, & binos fere in Germaniis, atq; in hac præcipua Archipræsulis Colonien.Truchsij iā depositi defectionis necnon cōtinuæ pestilentiæ calamitate,nos fortasse haud negligenter apud perillust.& Re-
14 uerendiß. Dom. † Io. Franciscum Episc. Vercel.Reli-

gioſiſſ. & Comitem liberalibus totis, atque ingenuis artibus clarum, ac pietate inſignem (cuius dudum Generalis Vicarij, nunc vero Auditoris perſonam ſuſtinemus) & Marchionem Germanicum Maleſpinam, Beatiſſ. D. noſtri à ſecretis olim Cubiculariũ, hodie aũt S. Seueri Electum, (doctrina, & Religione præſtantem) ad Cæſar. Maieſt. & Sereniſs. Archiducem Carolum, eiuſdẽ Sanctiſs. D. noſtri Gregorij XIII. Opt. Max. reſpectiuè Nuncios, mediatam (vt ferunt) operam nauaſſe.

Qui licet magno cum vitæ periculo, ſummis uigilijs, & conſtanti animi virtute, nouam poſtulationem in
15 *perſonam Sereniſs. Erneſti † Bauariæ Ducis, Leodien. Epiſcopi, eminentis ſcientiæ, atque zeli Principis, ex animi ſententia, fœliciter, proſpereq. abſolui curauerint; Negari tamen numquam poterit, nos periculi, & laborum (præſertim teſtimonia, et omnia, quæ Illuſtriũ de ordine Præpoſitus, & aliquot Summi Templi Colonien. Canonici, pariter nunc per Reuerendiſſ. Dom. meũ depoſiti, commiſerunt, cognoſcendi gratia, ſumendo inquirendo, & cooperando, humiles Comites non fuiſſe. Sed hæc hactenus; denique hic D. Simonetta noſter, adeo virtutibus, præſtantia, & meritis polluit, vt meruerit inter Illuſtriſſimos Cardinales cooptari; teſtes ſunt Galleſius de Annatis, ſub d. nu. 14. & Caputaquenſ. in impreſſis. deciſ. 3. verſ. reſeruatio. nu. 6. par. 3. Et de iſto meminit Rota. in Lucana decanatus coram Aldobrandino Veneris. 22. Martij. 1577.*

c Iuſta. *c. tali, & c. didici. 7. q. 1. Gambara de legato, lib. 7. num. 44. & 45. fol. 218. addens, iniuſtum protinus ſuperiorem videri, ſi virtuoſo diſpenſationem denegaret. Cæteras proſequere, vt per Summiſtas, præ-*

ſertim

sertim Siluestr. & Armill. vers. dispensatio, illum num. 3. hunc vero in num. 14. Rebuff. in prax. beneficio tit. de dispensatione ad plura beneficia. num. 43. cum plur. seqq.

d Episcopatus. *Bursatus consil. 126. sub num. 13. ibi Nicolaus I. lib. 2.*

e Vsurpare. *Immo hæc capienda est interpretatio, ne Papa de auaritia, seu cupiditate notetur, si alienum retinere videtur. prout in proprijs terminis dixit Rota decis. 50. incip nota beneficio, sub num. 1. alias 258. de. præbend. in antiquis.*

f Voluntas. *quæ licet dura esset, taman seruanda veniret. c. in memoria. 19. distinct. glo. in verb. Canonico, in fi. c. olim tibi, de verb. signifi.*

Quotuplex est Reseruatio?

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio est duplex, vna generalis, alia specialis.*
2 *Reseruatio mentalis quæ?*
3 *Reseruatio generalis est duplex.*
4 *Reseruatio specialis est multiplex.*
5 *Verborum non vis, sed effectus consideratur.*
6 *Constitutioni, nec syllaba frustra dicitur apposita.*
7 *Velle quis dicitur, quòd loquitur.*
- *Lex dicitur generalis, quando dicit se generaliter facere. ibid.*
8 *Generalis res quæ dicatur, & quæ specialis?*
9 *Reseruatio quæ inducitur per appositionem manus*

Papæ, an generalis dicatur, vel specialis.

10 *Declarans nihil disponit.*

11 *Reseruatio omnis a iure communi introducta, dicitur generalis, etiam quòd de ea in extrauagantibus mentio habeatur.*

12 *Reseruationes introductæ per Regulas Cancellariæ, vel extrauagantes, an dicantur speciales? & ratio? num. 13. declara vt num. 14. & 16.*

15 *Clausulæ, etiam si sit specialiter, vel generaliter reseruatum, effectus.*

17 *Reseruatio specialis de vno beneficio est potentior generali, & quid operetur?*

18 *Reseruatio specialis obstat agenti spolio, & supra sub num. 14. ibi, Quodque reseruatio.*

19 *Reseruationes an sint generales, vel speciales, hodie parum curatur, & quare?*

20 *Tridentinum Concilium mentales reseruationes sustulit, & quæ alia?*

QVÆST. IIII.

a 1 IN primis sciendum est, duplicem [a] † esse reseruationem: vna est generalis, alia verò specialis. de quibus loquuntur variæ Decisiones Rotæ, præsertim. 1. de rescript. circa medium, in nou. & 21. de præbend. pariter in nouis, & aliæ plurimæ, & quare ita appellentur, infra dicetur. Temporibus autem Alexandri VI. Pontificis a quibusdam Doctoribus excogitata fuit, & postea vsitata tertia
2 species, videlicet reseruatio mentalis † [b], quia
b Papa reseruabat beneficium vel in specie, vel in

genere per bullam, vel breue, vt personæ gratæ prouideret, quam non exprimebat, sed in mente retinebat: & sic in nullius expressæ personæ fauorem facta erat reseruatio. tunc enim dicebatur mentalis, quasi in mente retenta, quoad prouisionem personæ, de qua etiam infra latius loquemur.

3 Rursus generalis † reseruatio duobus modis à Doctoribus consideratur, vno ratione loci, videlicet, vt illa censeatur, quæ beneficiorum pluralitatem comprehendit, vt si vnius Prouinciæ vel Diœcesis concessa sit beneficiorum reseruatio, prout dicimus de interdicto generali, per capit. cum in partibus, de verborum significat. & de ista meminit Feder. de Sen. in tract. de rer. permutat. Alio modo dicitur generalis, regulariter ac proprie loquendo, quæ est ex dispositione c iuris communis introducta, vt de vacantibus in Curia, de qua loquitur text. in c. 2. de præbend. in sexto, vel de vacantibus per obitum venientium ad Curiam, iuxta dispositionem capit. præsenti, eod. tit. in sexto, & de quibus loquitur extrauag. Ad regimen: atque de hac generali loquuntur iam dictæ decisiones.

4 Item reseruatio specialis † multipliciter consideratur, aliquando est specialissima ratione certi beneficij, vtputa præpositura, ratione personæ obtinentis præposituram, V. G. quam tenet Sempronius. Ratione loci, vt puta, in Ecclesia Cathedrali, & ratione personæ, cui prouidetur, vtputa Titio. Aliquando est personalis, ratione beneficij, loci, & personæ, cui prouidetur, sed non

ratione personæ obtinentis beneficium, puta, fit reseruatio præpositurę primo vacaturæ in Ecclesia Mediolanen. pro Gaio. Et aliæ dantur speciales, secundum casuum varietate, & de his loquitur Geminia. consil. 12. in 1. col. & Aegid. consil. 33. col. 5.

Alio modo dicitur specialis reseruatio, quæ secundum decisiones supradictas, est introducta per Regulas Cancellariæ, vltra illas, quæ sunt à iure communi, vel extrauag. Ad regimen, in quantum vltra ius commune disponunt. Ex supradictis igitur regulis, quoniam exorbitant à iure communi, fit ius singulare, & speciale, l. ius singula. ff. de legib. & supradicta decis. 21. de præbendi. in nou. dicit alias ita fuisse in publicis relationibus conclusum, & per omnes dominos ita determinatũ, & sæpius pronunciatum. Et quamuis regulæ ex verbis aliud sonare videantur, dum dicunt, Item generaliter reseruauit, & tamen non vis † verborum, sed effectus consideratur, c. Marchio & Basilides, 1. q. 1. & speciales nihilominus dicuntur, non generales, prout etiam resides Mil. in verb. reseruatio. §. 2. & Felin. in c. in nostra, 10. col. in 5. correlia. de rescrip. & Bellen. in tract. de subsi. Charitat. q. 117.

Sed profecto hæc ratio, vt dicantur speciales, non concludit, nam ea attenta, etiam reseruatio, c. 2. de præbend. in 6. & quæ postea secutæ sunt, debent dici speciales, quoniam contra ius commune, & in præiudicium Ordinariorum introductæ sunt. Nam vt dicunt Archid. Io. And. & alii in d. c. 2. Clemens III. qui introduxit dictam reseruationem, c. 2. ne videretur iniuriam Ordinariis inferre, exor-

ditur

ditur, quòd ex consuetudine antiqua ita obseruabatur. Gregorius vero X. videns, quòd nimium præiudicabatur Ordinariis, illum rigorem c. 2. moderatus est in c. statutum, eo. tit. de præben. in 6. & Io. And. in vers. numeran. dicit, quòd dispositio illius c. cum reducat nos ad dispositionem iuris communis, licet sit limitatiua, & exorbitans, tamen debet ampliari, & large intelligi. Ecce quòd reseruatio dicti c. 2. & aliæ similes exorbitant à iure communi, & ius singulare, & sic speciale continent.

Insuper dum dicitur, quòd licet regula dicat, Item generaliter statuit, quòd tamen illa dispositio dicetur specialis, attento effectu, licet verba aliud sonent. profecto de hoc est valdè mirandum; nec enim talis expressio aliud vult, nisi quòd illa verba generaliter aut frustra, & superflue posita sint:
6 cum tamen in Constitutione † nec syllaba quidem frustra censeatur apposita, vt per gloss. in c. solitæ, in ver. tanquam, de maior. & obed. l. 3. in princip. ibi nec frustra. ff. de iureiuran. c. pastoralis, de app. Aut certè exponi debet album pro nigro, videlicet, generaliter statuit, id est, specialiter, quæ nempe expositio quàm sit inconueniens, & quam absona, nemo est qui non intelligat; cum id † censea-
7 tur quisque velle, quod loquitur, nisi aliud appareat. l. Labeo, ad fin. de suppell. leg. & quòd vbi lex dicit se generaliter aliquid facere, quòd illa sit generalis, est tex. formalis in l. leges, quæ est tertia illius tit. C. de legibus, & ibi gloss. in ver. edicti. quæ in specie dicit illam legé procedere, quia lex non est inserta in corpore iuris, alioquin tanto mini-

sterio non indigeret. Præpositus post gl. in c. vt esse, in vers. perpetuo, de elect. in 6. vnde Aegid. consil. 34. in 5. col. ad fi. cum col. seq. & in 9. col. in ver. sed caue, aliam doctrinam tradit ad cognoscendum quando dicatur generalis, vel specialis reseruatio.
8 Et dicit, quòd sicut generalis † illa res dicitur, quę de pluribus prædicatur: specialis, quæ de vno, vt per gloss. in l. 2. ff. si certum peta. & in l. licet. C. de iud. Ita dicendum est de dispositione inducente reseruationem. Nec effectus sunt considerandi, cum sint singulares. Vnde arbitratur, quòd reser-
9 uatio † quæ inducitur per appositionem manus Papæ ad beneficium, de qua in capit. vt nostrum, de appellat. sit specialis, non autem generalis. Nec secundum eum obstabat regula Gregorij XI. tempore Aegidij edita, quæ dicebat: Item generaliter statuit: Quia secundum eum cum veniret declaratiue, & non dispositiue, non induxit hoc, vt esset ge-
d neralis: quia qui declarat, d † nihil disponit, l. hære-
10 des palam. §. sed & si notam. ff. de testa. ex quibus verbis ostendit manifeste, quòd si regula venit dispositiue loquendo, & dicat generalem, quòd generalem reseruationem inducit: tamen doctrina illius in hac materia est ridiculosa, & inanis, vt illa demum dicatur reseruatio generalis, cuius ratio potest plures reseruationes inducere, non autem si plures effectus. Quia si capiamus genus secundum, quòd capiunt Legistæ, & non Logici, prout dicunt Bartol. & alij in d. l. 2. §. creditum ff. si cert. pet. Plures effectus faciunt genus, & indiuidua dicuntur species. Insuper si capiatur generalis, prout de

pluribus

pluribus differentibus specie prædicatur, nulla vnquam erit specialis reseruatio. Præterea si lex declarat, & dicit quòd generaliter ita statutum est, ergo declarat, quòd lex ita generaliter disposuit, alioquin falsa est illa declaratio, & ideo illius opinio vti erronea est in omnibus, quæ circa hoc scribit, reijcienda.

Quamobrem illud pro constanti tenendum est,
11 quòd † omnis reseruatio à iure communi introducta, prout supra scriptum est, dicitur generalis [e], &
e quæ de iure communi introductæ sunt, & recitantur etiam per extrauagan. Ad regimen. sunt generales. Quæ autem sunt introductæ per regulas, [f]
f
12 † vel per extrauag. Ad regimen, vltra dispositionem iuris communis sunt speciales, vt supra ostensum est. ita etiam declarat Felinus in d.c. in nostra. in 5. correlar. & licet laboratum fit ad inueniendum rationem diuersitatis à Doctoribus, tamen nihil boni consideratum fuit.

13 Sed † ratio est in promptu, quare à iure communi inuentæ reseruationes dicantur generales, à regulis verò speciales appellentur. Nam quæ à iure communi inuentę sunt, perpetuæ sunt, quę autem sunt perpetuę, à iure nuncupatur generales, vt per glo. in l. edita, in verb. præcipui. C. de eden. traditur in l. 1. de stat. homin. in l. qui exceptionem, in princip. ff. de condic. indeb. per glo. in l. 1. ff. pro socio. & in capit. vt esse, in verb. perpetuo, de electio. in sexto. quæ ergo non sunt perpetuę, à iure appellantur speciales, sed inductæ per regulas, sunt temporales ad vitam Pontificis regulas edentis tãtum

durature,

duraturæ, vt patet ex prohemio ipsarum regularum. Reseruationes autem vltra eas, quæ sunt à iure communi inductæ per extrauag. ad regimen, erant tãtum duraturę pro tempore Benedicti XII. extrauag. illam edentis, licet postea per Pontifices successores consueuerint innouari pro vita eorum tantum: & ideo appellantur speciales, quia specialiter inuentæ pro tempore illius Pontificis, & nõ generaliter pro tẽpore omnium Pontificum. Et propter istas rationes, quia regulæ nõ sunt perpetuæ, & sunt tantum declaratoriæ, seu testificatoriæ voluntatis Pontificis illas edentis, non dicuntur constitutiones generales. ita Anchar. consi. 198. in princ. Si ergo constitutio est specialis, ergo & illius effectus, videlicet reseruatio ab ea inducta, dicetur specialis, quia pro certo, & pro speciali tempore vitæ Pontificis facta est. Et verbum, generaliter, impropriè stat, respectu locorum, aut personarum, quia regula illa generaliter, aut loca omnia, & personas simul comprehendit, aut si non vniuersaliter loca omnia, & sit particularis, puta respectu Vrbis tantùm. Et generaliter impropriè dicitur, quia personas omnes vrbis (prout dicimus de interdictis) comprehendit, quemadmodum videmus, quòd constitutio c. 1. de locat. est specialis, respectu Ciuitatis Bononiæ, appellatur tamen generalis, quoad homines illius Ciuitatis: & vt dicimus de interdictis vnius villæ tantum, quod appellatur generale, quoad homines illius Villæ, & illos generaliter comprehendit, ita dicit tex. in c. cum in partibus, de verb. signifi. Est tamen diligenter aduerten-

tendum, quòd licet secundum Doctores reseruationes introductæ per regulas, dicantur speciales, regulæ † tamen, quæ ab Innocentio citra vsque ad hodierna tempora editæ sunt, contrarium expresse volunt. Nam si primas regulas diligenter inspexeris, quæ de reseruationibus verba faciunt, trifariam loquuntur: Aliquæ simpliciter reseruant, aliquæ generaliter; aliquæ specialiter. Insuper adest 62. regula, quæ formam, & modum præscribit, dandæ reseruationis generalis in expeditione literarum, & vult, quòd detur regula generalis reseruationis, ex reseruatione à regulis introducta. Et propterea, cum ista nomina generalis, & specialis reseruationis à regula inuenta, considerataqué sint, & secundum varietatem temporum, & Pontificum, in multis regulis varientur, iuxta c. non debet, de consang. & affin. & c. quia diuersitatem, de concess. præb. non errare eos existimo, qui etiam reseruationes editas à regulis hodierni temporis, generales existimant, vbi generaliter reseruare dicuntur, & ita alias temporibus meis scio fuisse iudicatum. Et pro ista opinione videtur esse decisio 28. de præbend. in antiq. quæ dicit, quòd specialis est illa reseruatio, quæ fit per Papam de certo beneficio: generalis vero est, quæ fit per Papam de beneficijs Officialium Sedis Apostolicæ, iuxta extrauag. ex debito pastoralis officij, & subdit, quòd ita obseruat Rota Dominorum Auditorum. Quòdque reseruatio de beneficiis Officialium dicatur generalis, & non specialis, dicit Rota in 3. decis. de rest. spolia. volens, quòd

quòd reseruatio generalis Capellanorum, Collectorum, &c. non obstet agenti spolio: secus in speciali, quas decisiones ego loqui arbitror, antequā emanasset decisio 21. de prębend. in noui. secundum quam postea contrarium fuit determinatum quoad reseruationes Officialium, & sic pluribus temporibus variatum est: nimirum si hodiernis temporibus in istis claudicatum est. Et pro prędictis facit, quia clausula, g † quę in gratijs benefi-
15 cialibus ex stylo apponi solet, etiam si sit specialiter, vel generaliter reseruatum, non intelligitur ex eodem met stylo, de vacantibus in curia, nisi de eis specialiter sit facta mentio, vel de generali reseruatione in corpore iuris clausa, sed generalem reseruationem vel à regulis, vel aliter consideratam tantum importat, prout declarat Gemin. consi. 12. vbi etiam quomodo intelligatur altera pars de speciali reseruatione, late prosequitur: ergo ex stylo curię generalis reseruatio non capitur: prout dicunt Decisiones primo loco relatę, sed prout nunc pro-
16 xime retuli. Quinimmo Aegid. † consil. 29. affirmat, beneficium vacans per obitum familiaris Papę, esse generaliter reseruatum per regulas, & vult, quòd regula Gregorii Papæ, quę tunc dabat formam litterarum expediendarum, quòd alicui non suffragaretur generaliter reseruatio, nisi specialiter esset facta mentio de generali reseruatione, procedat in beneficio vacante per obitum familiaris reseruato per regulas Papę. Adde etiam, quòd Gem. consi. 3. refert Martinum V. suis temporibus generaliter per regulas reseruasse dignitates post Pontifica-

tificales maiores, in Metropolitanis ecclesijs, & Archipresbyteratum, deinde in ecclesia Pisana vacantem, & generaliter fuisse factam reseruationem per huiusmodi regulas ostendit: & ex ista generali reseruatione quòd non tollatur speciale indultũ de reseruatis etiam optandis plurimum laborat. Illud non omitto, quòd inter reseruationes, specia-
17 lis † considerata prout est de vno beneficio, est
h potentior [h] generali, & ideo omnes effectus, quos operatur generalis, multo magis operabitur specialis, argum. c. dudum, & c. quamuis, §. 1. de prębend. in 6. Ita dicit Feder. de Senis in tract. de permut. in 1. q. & propterea Rota decis. 3. de restitut. spol. in
18 nou. dicit, quòd reseruatio † specialis obstat agen-
i ti spolio [i], tanquam certa, & probata: secus dicit esse in generali, cum sit incerta, & probanda.

APPENDIC. PAVLI
GRANVCCI I.

a Duplicem. *Qua de re vid. Mil. in repert. verb. Reseruatio quãdo dicatur generalis, vel specialis. Cassad. decis. 3. de reseruatio. & Rebuff. qui hanc distinctionẽ amplexatur, fuseque declarat in nouis addit. ad 2. reg. Cancell. in fine. Vtriusque species & exempla prosequitur Aeneas de Falcon. in tract. reserua. q. 2. princip. & Mandos. in 4. quæst. probẽm. regularum, atque in glo. facultatis in princ. vers. ad perpetuã. De tertia & sic indiuidua reseruatione, Auctor verba facit infr. q. 15. nu. 1. ac de prædictis vide eũdem Rebuff. in prax. benef. tit. de reseruat. nu. 1. & seq. vbi num. 6. maioris*

eße

esse dignitatis ostendit specialem reseruationẽ, de qua Rota decis. 3 num. 2. de offic. legat. in nouis. & iste tetigit supra num. 17. & uid. in recollectis sui temporis Caputaquensis in tertia parte vers. reseruatio decis. 3 incip. reseruatum est beneficium. quo loci, ad hunc auctoris tractantur se remittit, illumque Cardinalem fuisse testatur, prout innuere pariter videtur in decisione seq. idemq́. dixit & Ant. Massa Galles. in sermone de annatis sub num. 14. auctoremq́. laudando, illum citat infra q. 62. Cæterum, hodie parum refert, an speciales, vel generales sint, dummodo irritans decretum contineant, si Mandos. fides aliqua præstanda (vt par est) venit, in d. q. 4. num. 2. Porro ad Lap. alleg. 127. lit. B. hoc comprobante, prout singulas Cancellariæ regulas decretum irritans habere ostendit in probe. regula. num. 4. & in 1. q. nu. 1. & sequitur Put. decis. 180. In caus. Cæs num. 2. lib. 3.

b Mentalis. *de qua Cassado. decis. 4. & Mandos. in 4. q. 11. reg. Cancell.*

20 *Verum enimuero Tridentinum † Concilium non modò has mentales reseruationes abstulit, sed quascunque pariter gratias ad vacatura, mandatave de prouidendo, & expectatiuas nemini amplius etiam Collegijs, Vniuersitatibus, Senatibus, alijsve singularibus personis, etiam sub indulti nomine, neque Illustrissimis adhuc Cardinalibus, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi decreuit: Quinimmo hactenus concessis vti licere vetitum esse statuit, atque penitus abrogauit, in sess. 24. cap. 19. de reformat. incip. decernit sancta Synodus.*

c Dispositione. *Cassador. d. decis. 3. de reseruat. incip. concesse-*

concesserat Papa num 7. & supra num. 11. Gambara de offic. legat. lib. 3. num. 121. cum præced. & seqq. fol. 73. quæ generalis reseruatio, vim constitutionis, siue legis habet, Gomes in reg. de annali. q. 23. ibi ratio rationis. citat Gemin. consi. 30. & alios. Immo omnes leges abrogat, omnemque conferendi facultatem tollit, Mandos. in 6. q. 4. reg. Cancell. num. 2. Verum dum iste citat. c. 2. de præbend. in 6. nobis in memoriã rediit Cassadori decis. 3. vtrum reseruatio. num. 8. de præbend. dicens nullam esse maiorem, vel magis in iure peculiarem reseruationem, quam d. c. 2.

d Declarat. *ampliat (vt nostri dicunt) & fusissimè limitat Ant. Gabriel. de regul. iur. lib. 6. conclus. 3.*

e Generalis. *diximus in littera. C.*

f Regulas. *vid. Cassad. d. decis. 3. de reserua.*

g Clausula. *de qua vid. in fi. q. 73. aliqua per Mandos. 3. q. 11. reg.*

h Potentior. *dictum est supra ante num. 19.*

i Spolio. *addam in q. infra 40.*

Reseruatio an dicatur fauorabilis, vel odiosa?

SVMMARIVM.

1 *Reseruationes regulariter sunt odiosæ, & ratio. nu. 2. limita vt infra.*

3 *Concessa ad partis impetrationem, sunt ambitiosa, & restringenda.*

4 *Reseruationes, votum captandæ mortis inducunt, & Ordinariæ potestati derogant, ideo restringendæ.*

Odiosa

5 *Odiosa omnia dicuntur, vbi agitur de adimenda potestate Ordinarij.*

6 *Ordinarij possunt hodie multum conqueri de reseruationibus, & expectatiuis.*

7 *Papa commoditatibus suis, & Romanæ Curiæ ita prouidere non debet, vt ordo Ecclesiasticus confundatur.*

8 *Papa licet cum omnibus Ordinarijs concurrat in collatione, tamen non debet contra rationem alijs potestatem conferendi auferre.*

9 *Reseruationes qualiter restringendæ.*

10 *Reseruationes ad instantiam partis esse odiosas limitatur.*

11 *Facultas conferendi beneficia reseruata Ordinarijs concessa, fauorabilis est.*

12 *Reseruatio motu proprio concessa an fauorabilis?*

13 *Dispensatio an odiosa, vel fauorabilis?*

14 *Reseruationum quæ dicatur magis fauorabilis?*

15 *Reseruatio quando censeatur concessa motu proprio?*

16 *Benemerita faciunt præsumi rescriptum motu proprio concessum.*

17 *Reseruationes concessæ familiaribus, semper motu proprio concessæ dicuntur.*

18 *Gratiæ concessæ in remunerationem benemeritorũ, iudicantur fauorabiles.*

19 *Reseruatio bis vni concessa an censeatur motu proprio, & fauorabilis? intellige prout in num. 39.*

20 *Reseruatio motu proprio tunc est fauorabilis, quando agitur de præiudicio concedentis, secus si de præiudicio tertij.*

Priui-

21 *Priuilegium concessum motu proprio, non ampliatur in præiudicium tertij.*

22 *Impetratio vbi non nocet parti, ibi etiam motus proprius non nocebit.*

23 *Distinctio an motu proprio, vel non in reseruatione hodie non releuat, & quare. num. 24. & an sit vera. num. 25. & 30.*

26 *Motus proprius tollit odium impetrationis, sed non tollit votum captandæ mortis, & Ordinarij præiudicium.*

27 *Reseruationes per viam legis inductæ, censentur motu proprio factæ, & an sint odiosæ. nu. 28.*

29 *c. 2. de præbend. in 6. est odiosum.*

31 *Publica de vtilitate vbi agitur, materia illa censetur fauorabilis, licet in consequentiam ius priuatorum lædatur.*

32 *Fauorabilis vel odiosa vti materia dicatur, quid attendendum?*

33 *Reseruationes quas faciunt executores gratiarum sunt odiosæ.*

34 *Reseruationes Legatorum odiosæ.*

35 *Reseruationes Episcopatuum & vltra vsque ad Patriarchales, quarum Cathadralium reseruatio Legatis inhibetur. ibidem. & an dignitates Patriarchalibus maiores reseruatæ intelligantur? loco prædicto.*

36 *Reseruatio proprio motu facta, an odiosa remaneat, & num. seq.*

37 *Ant. Gabriel vbi hic declaratur?*

38 *Motu proprio factũ presumitur ob merita emanasse.*

40 *Roberti Lancellotti I. C. Perusini mentio.*

QVÆST. V.

ROta deciſ.1.ad fi.de præb.in antiquiſſimis dicit,quòd reſeruationes ſunt odioſæ, & reſtringendæ: ſed Rota deciſ.8.ad finem, de elect.in antiq.allegans Federic.& Collecta.diſtinguit, quòd aut reſeruatio facta eſt ad inſtantiam partis,& tūc ſit odioſa,& reſtringenda: Aut motu proprio, & tunc ſit fauorabilis,& ita etiam firmat.Feder.in tracta.de rer,permut,q.1.Lap. alleg.26. incip. diſputat an præceptor, Gemin. conſilio 61. Mil.in verb. gratia motu proprio. Decius conſilio 168. Reuerende Pater,

Erit ergo regula, cum vna fallentia videlicet,
1 † quòd reſeruatoriæ regulæ odioſæ [a] ſunt: quod
a fallit,niſi ſint conceſſæ motu proprio. [b] Huius au-
b tem regulæ triplex eſt ratio †: Prima,quia ſi ad im
2 petrationem partis † conceſſæ ſunt,ambitioſæ ſūt,
3 & propterea reſtringendæ.c.quamuis, de præben.
4 in 6.Ratio, quia votum † captandæ mortis inducunt.c.deteſtanda,c.ne captandæ, de conceſſ.præbend.in 6.Tertio, quia Ordinariæ poteſtati derogant,& ideo reſtringendæ ſunt,vt in c.præſenti, & ibi per gl.in verb.facit,ad fi.de offic.leg.in 6. Hinc glo.Io.And.in c.fin.in verb.ſimul, & ibi Domin.de verbo.ſign.in 6.dicunt, quòd priuilegium, de quo ibi loquitur text. licet eſſet conceſſum in fauorem partis,tamen quia derogat Ordinariæ poteſtati,cēſetur odioſum,& propterea Gemi.ibi dicit eſſe no-
5 tandum, quòd vbicunque † agitur de adimenda

poteſtate

potestate Ordinarij, illa materia censetur semper odiosa, ac restringenda, & Abb. in c. mandatum, de
6 renunciat. vlt. notab. dicit, quòd † hodie Ordinarij possunt multum conqueri de reseruationibus, & expectatiuis, cum ius conferendi sit ab eis quasi abdicatum, contra, c. eos. 99. distinct. quia non de-
7 bet Papa † ita prouidere commoditatibus suis, & vtilitatibus Roma. Curiæ, vt Ordo Ecclesiasticus confundatur, si vnusquisque in sua iurisdictione non conseruetur. c. peruenit. 11. q. 1. & in c. quia di uersitatem, de concess. præben. vbi notatur, quòd li-
8 cet † Papa concurrat cum omnibus ordinarijs in collatione beneficiorum, quia ipse est Ordinarius totius Orbis, c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. tamen non est honestum, quòd alijs auferat potestatem contra rationem, Gregor. in capit. ecce. 99. distinct. & cap. peruenit. 11. quæst. 1.
9 Qualiter † autem restringendæ sint reseruationes, docet Aegid. decis. sua 13. vbi dicit, quòd reser uationis modus est longe extraordinarius a solita impetratione, & ideo cum ipsa sit odiosa, reseruatio erit multo magis odiosa. Et quas patitur restrictiones impetratio, easdem multo magis patietur reseruatio, cum eiusdem naturæ esse debent. Stet igitur conclusio, quòd reseruationes ad instantiam partis sunt odiosæ. Id tamen videtur limitandum,
10 vt non † procedat, vbi reseruatio esset concessa alicui super beneficio, & deinde eidem ex interuallo concedatur alia super eodem beneficio, ad tollendum impedimenta, quæ medio tempore nata forsan fuerunt, vt Leonis Decimi, temporibus sæpis-

ſime contigit: nam huiuſmodi ſecunda reſeruatio licet ad inſtantiam partis obtenta, iudicabitur fauorabilis, cum obſtaculorum, & impedimentorum ſit tantum ſublatiua, ita videtur concludere Collecta, in deciſ. 3. dum pertractat 2. q. in 5. & 6. colum. de præbend. in antiq. pro cuius opinione facit conſil. Anchar. 131. incipien. ad excluſionem, vbi voluit,
11 quòd † facultas conferendi beneficia reſeruata, conceſſa Ordinarijs, ſit fauorabilis, tamquam quæ nihil de nouo concedat, ſed obſtacula tantum, & impedimenta tollat: quòd ſine dubio procedit in caſu Petri de Anchar. quia ſublatio obſtaculorum ad conſeruationem iuris communis tendit, quæ adiuuanda eſt, vt per glo. in c. ſtatutum. §. in verbo, numerandum, de præbend. in 6. Sed vbi ſublatio obſtaculorum tendit ad conſeruationem iuris odioſi, & extraordinarii, cenſenda ſit fauorabilis; hoc non conuenit rationi.

Nunc videamus de fallentia. & ſic quando reſer
12 uatio motu proprio conceſſa eſt, vt cenſeatur † fauorabilis. Nam ibi gratia beneficialis propter ambitionem impetrantis, eſt reſtringenda. c. quamuis, tamen vbi motu proprio conceſſa eſt, debet large interpretari, c. ſi pluribus, de præb. in 6. hinc etiam
d videmus, quòd omnis diſpenſatio [d] † eſt odioſa, &
13 reſtringenda. c. 1. & fin. de fil. presbyt. in 6. tamen vbi motu proprio conceſſa eſt, cenſetur fauorabilis, vt per Ioan. Andr. & Anton. Abb. & alios in cap. cum in cunctis. §. 1. de elect. & per Fel. in c. cauſam quæ, in 3. col. in verſi. 4. generaliter aduerte, & in 4. col. in verſic. vltimo, conſidera, de teſtib. dicen-

tem, hanc regulam esse tantæ virtutis, & efficaciæ, vt materia alias odiosa, & restringenda censeatur fauorabilis, & amplianda.
14 Videndum est inter reseruationes quæ † dicatur magis fauorabilis: an illa, quæ est in fauorem certæ personæ, an vero, quæ est in fauorem Papæ introducta, puta per regulas, & constitutiones, & Lap.in cap.si eo tempore, de electio.in 6. reprobãs Io.Andream volentem contrarium, tenet, quòd magis est fauorabilis illa, quæ est in fauorem Papæ, cum alia votum captandæ mortis habeat, quòd non est in reseruatione Papæ: cum omnino alias ipse in collatione cum omnibus concurreret, & propterea locus, quem ipse tenet aut facit sanctũ, aut sanctum inuenit, quadraginta distinct. c. 1. alijs etiam rationibus innititur, quæ ibi recitantur per Domin.qui cum eo residet.
15 Infertur ex prædictis, quòd vbi † in fauorem personarum esset concessa reseruatio ob beneme-
e rita [e], tunc censeretur concessa motu proprio, ex
16 eo quia dicimus, quòd † benemerita faciunt præsumi rescriptum esse motu proprio concessum, per l.si verò non remunerandi. §. idem Papinianus, ff. mãdati, per quem tex. ita dicit Guiliel. de Cun.l.3. in prin.ff.quod quisque iuris, & sequũtur ibi Alex.
17 & Modern. Et propterea reseruationes † concessæ familiaribus semper videntur concessæ motu proprio. Nam reseruationes, quæ conceduntur, semper exordiuntur, videlicet, grata familiaritatis
18 obsequia, & gratiæ † huiusmodi concessæ in remunerationem benemeritorum, semper iu-

dicarentur fauorabiles; vt in terminis de gratia bẽneficiali cõcessa ob remunerationem, vt iudicetur fauorabilis, & non comprehẽdatur sub regulis de gratijs principaliter loquentibus, consuluit Anch. consi.295.incip.pro clariori maxime,in 1.col.

f Infertur, quòd vbi bis [f] † de eisdem beneficijs
19 vni esset concessa reseruatio, quòd illa cẽsetur motu proprio concessa,& fauorabilis,ex eo quòd not. Bal.in l.nec damnosa;in princip. C.de precib.impera.off.& refert Roman. vbi multum exclamat in l. si verò.§.de viro,in 31.fallen.nu.56. ff. sol.matrim. & referunt & sequuntur Moderni in d.l.7.in prin. ff. quòd quisque iuris, quòd litteræ geminatæ de eadem re habent vim clausulæ motus proprij, per tex.in §. & hic vero iubemus, in Authent. vt nulli iudicum,collatione 9. an tamẽ hoc indistincte procedat,tangam infra, vbi agetur an idem beneficiũ possit pro eodem bis reseruari?

20 Sciẽdum est, quòd licet † reseruatio motu proprio concessa censeatur fauorabilis, & late debeat interpretari; hoc plane procedit in præiudicium
g concedentis,sed in præiudiciũ tertij, [g] debet stri-
h cte intelligi: quia priuilegium [h] concessum † motu
21 proprio,non ampliatur,neque extenditur in præiudicium tertij,nisi quatenus sonat, vt per d.Abb. & alios in d.c.caussam quæ,de testibus; & per glo.ibi & Clem.si Romanus,de præb.Et propterea Ant.in c.per venerabilem,in 28.col.qui fil.sint legiti.gene-
22 raliter dicit, quòd vbi impetratio † non nocet parti, ibi etiam motus proprius non nocebit.

23 Est notandum, quòd hæc † distinctio, an motu

proprio

proprio sit concessa reseruatio, an ad instantiam partis, hodie non videtur esse in consideratione ex
i eo, quòd secundum stylum [i] Curiæ hodierni tem
24 poris, reseruationes † omnes conceduntur motu proprio: quod tamen declara vt infra dicetur circa illam quæstionem, an reseruatio cum beneficio acceptandi, sit subiecta regulis expectatiuarum.
25 Est aduertendum, quòd licet supradicta † distinctio teneatur a Doctoribus; tamen non videtur ve
26 ra. Nam licet motus † proprius tollat odium im-
k petrationis, tamẽ [k] alias rationes, videlicet votum captandæ mortis, & quod derogetur Ordinario non tollit. Immo vt ad sensum patet, militant etiam in reseruatione motu proprio concessa, & ideo odium non cessat, neque caussæ restrictionis. Reser
27 uationes per viam legis † inductæ, censentur motu proprio factæ, vt per Bart. in l. 1. C. de bon. vacan. ad fi. & in l. 1. C. de peti. bon. sublat. lib. 10. & in Authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & ta-
28 men censentur odiosæ, † & restringendę, vt dicũt Domin. & Phil. post alios in c. 2. de præbend. in 6.
29 quòd dispositio illius. c. inducentis reseruationem beneficiorum vacantium in Curia, est odiosa, & restringenda.
30 Contra † dictam distinctionem plurimum etiã obstat, quia si rationes de quibus supra memini, quare reseruationes inuentæ sunt, considerentur ad publicam vtilitatem inuentæ, quodque vbi agi-
31 tur † de publica vtilitate, licet in consequentiam ius priuatorum lædatur, illa materia censetur fauorabilis, & extendenda, vt per Bart. in l. quemadmo-

dum.C.de Agricol.& censi.lib.11.& in l.2.§.exercitum. ff.de his, qui not.infam.in l.si cõstante,in 9. opposit.1.par.ff.sol.matrim. & facit, quia vt aliqua
32 materia dicatur † fauorabilis,vel odiosa, attendi-
l tur [l] quare principaliter inuenta sit, vt si in fauorem, licet odium secundario trahat; tamen dicetur fauorabilis.l.qui except. ff.de condit. indeb. & per Doctor.in l.2. C.de in ius vocando.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Odiosæ. *Reseruationes odiosas esse, ideoque arctandas, plerique duabus ex rationibus simpliciter admiserunt. Prima, nam ad vacatura iter aperiunt. Secunda quippe, quæ Ordinariæ potestati nimis graue præiudicium afferant de quibus auctor supra meminit num.4. Hórumque signifer est glosæ dictum in verbo, fruitur, ibi, sed reseruationes in c.præsenti, de offi. legat. Gemin.consi.136. Calderin.consil.10. An reseruatio, in fin.de præbend. Anchar. consilio 297. Efficacibus. Paris.consil.19.num.4. libro 4. Decius in c.1. num. 6. de electio. Cassador. decis. 2. Facta erat vnio; num.9. de vnion. & decis.3. Concesserat, num.5. de reseruat. Gambara de legato, libro 3. num.194. folio 77. Pute.decis.140. Regula Cancellariæ libro 3. Mohedan. decis. 129. Parochialis Valentina paulo ante num.2. & rursus decis.90. Lunen. Archidiaconatus, Io.Pau. Ptolomæ.decis.19. Tullen. Parochialis, ibi. Præterea regula reseruatoria est odiosa, igitur stricte intelligenda, Mandos.in 4.q.1.regul.Cancell. nu.4. & q.5. num.2.*

Eoque

33 *Eoq; magis† procedunt in reseruationibus,quas faciunt gratiarum executores, Mil.in reperto.ver.motu proprio facta in beneficialibus, ibi reseruationes.*

Et tanto fortius prædicta locum sibi arrogant in re-
34 *seruationibus Legatorum, † quas omni respectu odiosas eße profert Aene.de Falcon.tract.reseruat.2.prælud.in fi.& Mandos.in 6.q.9.reg.ad nu.6.extremum.*

Ex aduerso. quòd reseruationes sint fauorabiles, & extendendæ.Lap.allegat.26.incip. Disputat an præceptor, sub num.2. ibi, quia tales reseruationes fauorabiles sunt, & plenissimam recipiunt interpretationē.Philip.Prob.in addit. ad glo. pragm. sanct. c.licet,de electio.versi. causa, num.5. Cassador. decisio.4. vtrum beneficia,de constitut.in fin.

Primæ tamen conclusioni,vt regulæ,cum Auctore adhærentes: illam intellige in reseruationibus motu proprio factis,non autem ad certæ,& nominatæ personæ fauorem, prout in sequ. dicemus Appendiculò præsertim ex Mandos.ad Lap.allegat.26.

Porro eamdem (vltra D. Simonettam) coarcta se-
35 *dem sibi non vendicare in †Episcopatibus,& vltra,ad Patriarchales vsque Ecclesias. In his enim fauorabiles esse,& extendendas Mandos. demonstrat in reg.2. q.2.per totam,sed præcipue nu. 7.in fin. ibi, pro parte vero contraria,& nu.12.Conferunt dicta per Bursat. consi.126.lib.2.quorum tamen Cathedralium reseruatio Legato inhibetur.Mandos. d.q.2. 2.reg. An autem dignitates post Patriarchales maiores reseruatæ censeantur.Idem ponit in 2.q.3.regul.Cancell.*

b Motu proprio. *Aduersatur Ant.Gabriel.lib.6.de*
36 *clausulis,conclus.2.num.65. dicens, † reseruationem*

quamuis

quamuis proprio motu factam, odiosam remanere, mouetur auctoritate Aene. de Falcon. in tracta. refer. folio 3. supple tu, praeludio secundo, qui id procede-
37 *re statuit † in Pontificia reseruatione ad fauorem tertiae & nominatae personae facta illa ex ratione: quoniam motus proprius, licet quamplures operetur effectus reseruatiuos; illi tamen odium tollere non potest, qui nil aliud exoptat, quam beneficiati, cui suffectus est, repentinum interitum. Optime declarat Gambara de legato, libro 4. numero 6. folio 103. dicens, Reseruatio ad fauorem certae personae est odiosa. Illa vero vt prouideatur personae gratae, & dignae, & sic innominatae, est fauorabilis. Aegid. decisio. 425. si Papa. quibus aßentit Mandos. ad Lap. allegat. 26. lite. f. ver. fauorabiles. & in d. 2. quaest. 2. reg. numero 12. ibi, maxime quando ex certa scientia fiunt, & nemine petente, vel instigante, & rursus in sexta quaest. 9. reg. numero 6. & vid. pro limit. auctorem supra numero 10.*

c Secundum. *aliquid infra littera f. versic. bis.*

d Dispensatio. *sequuntur Rebuff. in Concorda. tit. de forma Mandat. Apostol. in quarto effectu, & Gabriel. loco iam relato, numero 62.*

e Benemerita. *Modern. quem hic citat scilicet Dec. in dicta l. 3. columna 2. versic. 2. limitatur. add. Ias. (de quo fortaßis idem dicere voluit, in l. ex hoc iure, columna 21. versic. 4. notab. effectus. ff. de instit. & iure. Grammat. consil. ciuil. 100. colum. 6. Gabrie. vbi dixi, de clausul. conclus. 2. numero 113. limit. vbi num. 114. rationes adducit: nam omne*
38 *† quod motu proprio fit, ob meritũ factũ praesumitur.*

Bis.

f Bis. *concordant Socin. consilio 3. numero 11. volumine 3. Dec. consilio 33. numero 2. & 6. Paris. consilio 9. numero 21. volumine 3. de communi testatur Ias. dicens, nunquam contradicentem vidisse, in Authent. quas actiones, colum. 4. versic. illud etiam. C.*
39 *de sacrosanct. eccles. Intellige † tamen hoc dictum in omnibus alijs concessionibus procedere, prӕterquam quòd in beneficialibus, vt late (declarando) prosequitur Anton. Gabr. dicto lib. 6. tit. de clausul. conclu. 2. numero 109. cum duobus seqq.*

g Tertij. *Videto Geminian. consilio 136. super 1. & Cassador. decisio. 4. vtrum beneficia, de constitutio. in fine, de qua Mandos. minime oblitus est, in 5. quӕst. 1. reg. Cancel. numero 2.*

h Priuilegium. *Conferunt dicta per Mohedan. decis. 56. Motu proprio & Bursat. consilio 162. Quoniam tria, libro 2. latissime Gabriel. loco prӕtacto.*

i Stylum. *de quo Aeneas de Falcon. testatur dicto trac. reseru. in 2. prӕludio. in princip. quodque semper prӕsumantur motu proprio factӕ, Ant. Gabriel. in fi. d. 2. conclus. num. 115. versic. 4. limita.*

k Tamen. *recurre ad d. 2. prӕlud. Aene. de Falco. nu. 4. & 5. quӕst. 1. dicto in tractatu.*

l Attenditur. *prӕclare docent Alex. consil. 197. In caussa vertente, colum. 1. lib. 7. & Tiraquell. in tracta. de vtroque retractu, in prӕfat. sub num. 56. & rursus. §. 30. glo. 1. num. 5. scite, atque litterate excellentiss.*
40 *D. Robertus † Lancellottus Perusinus, in Alma Vrbe Aduocatus nemini secundus prӕscripsit, in eius doctrina, & ordine exculto tract. de Attentat. in prӕfatione, num. 81. cum seq. ad finem vsque.*

Generali

Generali in reſeruatione beneficiorum quæ comprehendantur?

SVMMARIA.

1 Papa de plenitudine poteſtatis, poteſt omnia beneficia Prouinciæ, vel Diæceſis reſeruare.
2 Generali ſub reſeruatione quæ veniant? remiſſiue.
3 Priuilegio conceſſo de percipiendis fructibus beneficiorum vacantium infra certum tempus, quæ comprehendantur?
4 Abbatia an veniat in generali reſeruatione?

QVÆST. VI.

EX his quæ in principio huius tractatus tradi-
1 ta ſunt, cōſtat, quòd Papa † expreſſe, ſi vult, po
teſt quæcunque beneficia vel Diœceſis, vel Prouin
ciæ reſeruare, prout ſæpe contingit, quando in eis
dātur reſeruationes in fauorē perſonarum genera-
a liter: [a] tunc ſolet † quæri, quæ beneficia compre-
2 hendantur? Quæ quæſtio deciditur ex his, quæ
habentur per Doctores in cap. 2. de præbend. in 6.
vbi varijs quæſtionibus declarant, quæ beneficia
ſub illa generali illius text. reſeruatione compre-
hendantur, & quæ excipiantur. Deciditur etiam
iſta quæſtio ex his, quæ tangunt Doctores in c. ſi
propter tua debita, de reſcript. in 6. & in c. cum a
tua, de verbor. ſignific. vbi conceſſo priuilegio de
3 percipiendis † fructibus beneficiorum, quæ va-
care

care continget intra certum tempus, pleniſſime declarant, quæ beneficia ſub huiuſmodi priuilegio, & quæ a iure excipiantur Proſequitur, & abunde Lapus in terminis reſeruationis, alleg. 84. vbi quærit de Abbatijs † an comprehendatur, & ſecu-
b tus gloſſ. in dicto cap. 2. de præbend. in 6. tenet quòd non, [b] de quo ibi late per Dominicum & Philippum. poſt alios quærit etiam Lapus ind. allegat. ad finem de monaſterio Monialium, & alijs quæſtionibus. Sed in primis ego quæro, an in generali reſeruatione veniant hoſpitalia?

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Generaliter. *de quibus ſupra quæſt. 4. & infr. paſſim ſermonem (Deo annuente) habebimus.*

b Non. *veriorē hanc appellat Philip. Fran. in c. 2. poſt nu. 5. verſic. ſed certe, de præbe. in 6. Dec in c. decernimus poſt nu. 4. de iud. Sarnen. in reg. de Infir. 14. q. poſt nu. 2. & in q. 11. reg. de annali, nu. 4. Rebuff. in concordat. de rub. mād. Apoſt. §. declarātes, verſic. dignitates, in fin. refert, et ſequitur Mandoſ ad Lap. alleg. 84. hic adducta, in antepenult. addit. littera B. verb. Abbatiæ.*

Hoſpitalia án veniant in generali reſeruatione.

SVMMARIA.

1 *Diſpoſitio loquens de beneficijs, an habeat locum in Hoſpitalibus?*

2 Elec-

2 *Eleemosynariæ, & Leprosariæ an veniant appellatione beneficiorum? & quid de Infirmarijs, Vestiarijs, Fabricis, seu Operarijs? num. 3.*

4 *Hospitale non dicitur Ecclesiasticum beneficium, ampla vt num. 5. limita vt num. 6. & 7.*

8 *Triennalis Regula non habet locum in Hospitali. Hospitalitatis facienda est mentio in impetratione ibidem.*

9 *Hospitalarij lepidè dictum.*

QVÆST. VII.

IN generali reseruatione beneficiorum non veniunt hospitalia: [a] ex quo hospitalia non proprie appellantur beneficia. Clem. per litteras, de præbend. & ex hoc infert Cardin. consil. 17. quòd c. 2. de præbend. in 6. loquens de beneficijs vacãtibus in Curia, non habet locum in hospitalibus. & idem varijs rationibus firmat Fed. de Senis in consi. 280. incip. Casus talis est: & posset hoc consilium probari varijs decisionibus, quibus cautum
1 est, quòd † dispositio loquens de beneficijs nõ habet locum in hospitalibus, vt late per Feli. in c. de quarta, in 5. colum. in vers. & suas, (vbi de prædictis meminit) de præscript. vbi etiam in superioribus, appellatione beneficiorum veniunt hospitalia,
b & an cadant sub regulis [b] de beneficiis loquentibus? & quòd in reseruatione non cadant hospitalia, quia in dubio beneficia non censentur, firmat Collecta in c. de mulcta, in 4. colum. in 26. quæ cum alijs quæstionibus seq. de præbend. & eodem

2 dem modo non comprehenduntur † Eleemoſynariæ,
c riæ,nec Leproſariæ [c], per dictam Clem. per litteras,& pari ratione ſecundum glo.Io.Andr.ibi, nec
3 Operariæ, ſeu Fabricæ, nec Infirmariæ †, nec Veſtiariæ,vt latius proſequitur col.2.& fi.in princ. de præb.licet hoc durum exiſtimet. Idem tamen Collecta.in c,fi.in 21.quæſt.de ſortil. dicit, quòd temporibus ſuis, curia traxit iura loquentia de beneficijs ad hoſpitalia.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Hoſpitalia. *Hoc eßе verum axioma conſequentes ſignificant: nempe Federic.de Sen.conſi.280.caſus talis eſt.Lap.tract.de Hoſpital. num.63.verſic.offert ſe modo, Aenc.de Falcon. in tract. reſeruat. q.3. princip. ante fi.nu.33.verſi,tamen hoſpitalia,& qui illos ſequitur Mandoſ.in quæſt.9.1.reg.Cancell. præcipua cuncti*
4 *mouentur ratione: quoniam quidem Hoſpitale † neutiquam eccleſiaſticum beneficium dicitur, ex Clemen. per litteras,de præbend.cum qua & Pute.reſidet deciſ.261.die 10.Februarij,lib.1. & Mohedan. deciſio. 343.incip.Fuit reſolutum,illam procedere extendens,*
5 *quamuis † Hoſpitale Eccleſiam habeat, item campanam, atque perpetuo Miſſæ ſanctiß. ſacrificium in ea celebretur.*

Quæ concluſio fortaßis in Hoſpitali dato in titu-
6 *lum confringi poſſet, illud † enim beneficij loco haberi voluerunt Clem.quia contingit,de relig.domib.Selu. de benefic.2.par.q.11.circa fi.Rebuff.in prax. tit. de deuolut.*

deuolut. num. 73. Mandos. 10. quæst. reg. 34. de annali, numc. 2. post Gambar. de legato, lib. 5. tit. de potestat. legat. circa hospitalia, nu præsertim 18. fol. 139.
7 *vel quãdo in materia † versamur fauorabili, prout idẽ concedit reg. 26. q. 4. nu. 2. quibus adstipulatur eiusdẽ putei dictũ relata in decis. 261. dum eodem cũ Mohed,*
8 *statuit ad regulam † de trinnali in hospitali locum non habere, addit ille,* nisi probetur quòd esset beneficium. *cogita tamen. Illud ne obliuiscaris, quòd de hac hospitalitate facienda est mentio in impetratione Menoch. de arbitra cas. 201. num. 88.*

Verum si ioca serijs interdum commiscere, atque de semita paululum declinare licet, illud nos haud præ-
9 *terit, quòd idem Gambara de* Hospitalario † *(quem in plurali numero loqui consueuisse pro certo creditur) scriptum tractatu iam dicto reliquit, libr. 8. numero 239. & sequent. folio 258. Is nempe semel admonitus, eo quia propriam tunicam dixerat meam, iussusque vt nostram nominare illam deberet: dum aliquando corpus eius in morbo esset, summorumque dolorum in cruciatu couficeretur, væ nobis exclamauit: quem Hospitalis præfectus iterum obiurgauit, aiens: Væ tibi dic, non nobis. At æger ei non incondite respondit: Mala est vestra doctrina, Pater Reuerende, quæ tunicam communem esse vult, dolores autem proprios. hæc ille.*

b Regulis. *vt per Mandos. d. regul. 34. de annal. q. 10. & reg. 26. q. 5.*

c Leprosariæ. *vid. glo. in verbo, beneficijs, in Clemen. dispendiosam, de iudic. & Mandos. locis. vbi proxime scriptis exaratis.*

Manua-

Manualia beneficia nunquid ſub generali reſeruatione includantur?

SVMMARIA.

1 *Manualia beneficia an veniant in reſeruatione? & quid ſi reſeruatio eſt generalis? num. 2. & 3. extende vt num. 4.*

Manualitatis an facienda ſit mentio in impetratione? ibidem.

5 *Manuale beneficium quod dicitur?*

6 *Legatus an manualia beneficia poſſit reſeruare?*

QVÆST. VIII.

1 In reſeruatione † beneficiorum non intelligun-
a tur manualia, [a] niſi de eis expreſſum fuerit, vt per Calderin. conſ. 26. incip. reſeruatio, de præbend. vbi duplici ad hoc vtitur ratione. Sed Lapus allegat. 9. & 26. videtur tenere contrarium, de quo articulo dic, vt plenè per Barbat. in c. conſtitutus, colum. 5. ad fin. cum ſequen. de reſcriptis, quem videas, & ibidem per Felyn. poſt Dominic. Antonium, & Innocentium, In quibus locis cõcluditur,
2 quòd ſi Papa † facit reſeruationes generales motu proprio, vel ex certa ſcientia, vt ſunt omnes reſeruationes generales non factæ in fauorem priuatarum perſonarum, quòd comprehendantur manualia, licet de manualitate non fuerit facta mentio.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Manualia. *beneficia † huiusmodi sub reseruationi-*
3 *bus etiam generalibus, atque regulis Cancellariæ non venire admiserunt & Felin. in cap. per tuas, columna 3. circa medium, de maior. & obedien. Cassador. decisio. 4. in princip. & decisio. 12. ante num. 10. de præbend. Aene. de Falçon. tract. reseruat. 3. q. princip. num. 25. versic. beneficia manualia, Staphil. in tract. vtri. signat. fol. 32. versic. similiter propter illa verba, Achill. de Grass. decis. 2. de reseruatio. Rebuff. in addit. ad 2. regul. Cancell. sub verbo, ac dignitates conuentuales, ibi, item non comprehenduntur. folio 441. Mandos. in q. 9. primæ reg. Cancell. sub nu. 4. & rursus in quæst. 10. 3.*
4 *regu. vbi id extendit, † dato quòd beneficia iam dicta regularia, siue secularia sint. Cuius manualis benefi-cij impetratio vnio, seu commenda hoc non expresso subreptitia est. Cassador. decisio. 4. de præbend. nu. 1. incip. quod impetratio. & est decisio eiusdem Simonettæ. 31. incip. In vna Camerinen. per consil. Calderin. iam dictum 26. de præbendis ad fin. vbi limitat hoc procedere in alia manualitate præterquam quod de iure communi. An autem de manualitate facienda sit mentio in impetratione? pro affirmatiua vide Caputaquens. decis. 84. incip. Innocentius VIII. libro secundo.*

5 *Quod autem dicatur † manuale beneficium optime declarant Gambara de legato, libro quarto, num. 10. cum sequent. folio 103. & Mandos. dicta quæst. 10.*

3.reg.& quaestione 11.reg. 34. de annali, in principio, dicentes esse beneficia non perpetua, sed ad tempus data, a quibus ad nutum prouisi amoueri per potestatem habentem possunt. Et quae † Legatus reseruare non potest, idem Gambara praecitato in loco, sub num.9. versic. ego teneo Legatum.

6

Patronatus beneficia num generali in reseruatione intrent?

SVMMARIA.

1 *Iurispatronatus laicorum beneficia non veniunt in generali reseruatione.& nu.4.ampliat vt nu.5.& limita vt num.7.*

2 *Extrauag. Execrabilis non habet locum in patronatu laicorum.*

3 *Patronatus beneficia laicorum & clericorum simul, an in generali reseruatione includantur? limit. vt num.* 8.

6 *Regula reseruatoria octo mensium an includat beneficia patronatus laicorum?*

9 *Legatus de latere an conferre possit beneficia iuris patronatus mixta?*

11 *Patronatus Ecclesiae annexus an in generali reseruatione veniat? & quid in patrimoniali? numero 11.& 12.*

QVAEST. IX.

1 QVod in generali reseruatione nō veniant be-
2 neficia † iuris patron.[a] laicorum dixit Gem.

D 2 in c.2.

in c. 2. de præbend. in 6. num. 21. vbi etiam Franc.
a num. 8. quodque Extrauagans † Execrabilis, ad finem non habeat locum in beneficijs iurispatronatus laicorum, contra Zenzelinum tenuit Rota decis. 3. de iure patronat. in antiquis, & Felin. in eod. tit, in princip. 2. limit. & Rocc. de Curt. in simil. tracta. versic. competens, in quæst. 24. post Lap. al-
3 lega. 84. Ibique Rocc. tangit, quid in beneficijs iuris patronatus laicorum, & clericorum simul?
b [b] vbi vult quòd reseruatio locum non habeat. idemque firmauit Collecta. in c. ex tenore in 4. quæst. de concess. præbendæ.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Patronatus. *& hæc est communis opinio, teste Rocc. de Curt. in d. tract. de iur. patrona. versic. competens alicui, quæst. 24. num. 54. quam veriorem, & tenendam (contra Zenzelinum oppositam firmantem) dixit Aeneas de Falcon. in tracta. reseruat. 14. effectu, versic. reseruatio comprehendit, magisque communem, et veriorem post alios plerosque ibi coaceruatos, eandem pronunciat Mandos. in 8. quæst. primæ reg. Cancell. sub nu. 1. & 2. ac rursus in addit. ad Lap. d. alleg. 84. littera O. versic. beneficia laicorum. atque ad allegat. 96. littera F. versic. in quibus facit, addens neq; beneficia huiusmodi vacare in Curia, vel apud sedem quod idem est, & Gamba. de legato, lib. 3. num 242. fol. 72. dictum reliquit beneficia iuris patronatus laicorum non venire sub quacunq. reseruatione iuris, vel hominis,*

nis, sequitur Rebuff. in addit. ad 2. reg. Cancell. versic. item beneficia de iure patronatus, fol. 441. etiam
5 *† si motu proprio facta esset. Gabriel. de clausul. conclus. 2. 5. illatio. num. 32. de communi pariter Pute. testatur decis. 319. incip. Eadem die in vna S. Andreæ, num. 2. libro primo, vbi etiam firmat regulam*
6 *† reseruatoriam octo mensium reuocantem priuilegia, & indulta de conferendo quibuscunque concessa, non reuocare indulta quoad beneficia, quæ sunt iuris pa-*
7 *tronatus laicorum ex fundatione: quod tamen † Mandos. intelligit dicta quæst. 8. primæ regul. num. 3. procedere in patronatu competente ex fundatione, constructione, vel dotatione; secus si ex præscriptione, vel priuilegio, ibique rationem adducit. Facit ad primam conclus. Ptolemæ. decis. 41. incip. Hispalen. Capellaniæ, ibi cuius respectu. Quid in patronatu ex consuetudine, vide eundem Simonettam ostendentem Rotã alias in hoc vacillasse, in eius decis. 33. An beneficia iuris patronatus ex consuetudine cadant sub expectatiuis, vel reseruis &c. Ad iam dicta vide omnino Caputaquens. decis. 82. incip. regula, & decis. 410. Incip. Regula reseruatoria lib. primo. Postremo illud not. quod ius patronatus est concludenter probandum ad hoc, vt beneficium non cadat sub reseruatione, nec sufficeret probatio vltimi status, siue quasi possessio præsentandi: nam ex hoc non infertur ad ius patronatus ex fundatione, & dotatione, ita vt non possit cadere sub reserseruatione, cum possit esse etiam ex vsurpatione, vel priuilegio, quod reseruationem non excluderent. Caputaquen. decisione 29. incipien. ius patronatus libro primo. An autem regula reseruatoria octo men*

sium comprehendat hoc iuspatronatus mixtum pro negatiua vid. Achill. in decisione tertia, de iure patronat. incipien. fuit dubitatum.

b Simul. *Mandos. fuse dicta quæstione octaua, primæ regu. tertia conclus. numero sexto. vbi per Rotam ita iudicatum fuiße ostendit in vna Fauentina Sancti Seueri coram Achill. de Graß. anno 1584. die duodecimo Octobris. & est decisio eius tertio de iure patronatus. Addimus Pute. illam eandem Decisionem annotasse libro tertio, decisione 157. incipien. Dubitauit in vna Fauentina Sancti Seueri: nec non Gambaram id comprobantem, de legato, libro tertio, numero 363. cum se-*
8 *quen. folio 85. quòd † limitandum ducit, quando clerici maiorem vocum partem haberent, ibidem, numero 363. & vide Caputaquens. dicta decisione 410. libro primo.*

9 *An autem Legatus † de latere conferre posſit huiusmodi beneficia iuris patronatus mixta? Pute. d.decis. 157. num. 2. libro tertio, negatiuam fouet.*

10 *Quid autem iuris sit in Patronatu † clericorum non patrimoniali, sed eius ecclesiæ annexo? Mandos. dicto loco, num. 5. conclus. 2. in reseruationibus comprehendi affirmat: addimus Cassador. decis 4. Memini in vna causa, num. 2. de iure patron. qui secus es-*
11 *se in patrimoniali † concludere videtur, idque expreſsim dicit Gambara de legat. libro tertio, numero 260. folio 80. optime Pute. decisione 228. In vna Placentina, libro secundo, dicens, quòd eo casu pro*
12 *laicali † habetur ex gloß. in clement. plures, versic. præstare, de iure patronat.*

Litigiosa

Litigiosa beneficia an veniant in generali reseruatione?

SVMMARIA.

1 *Reseruatione in generali an ueniāt beneficia litigiosa?*
2 *Prohibito vno, omnia præcedentia prohibita videntur, ex quibus peruenitur ad illud.*
3 *Reseruatio si non sit cum facultate acceptandi, an veniant reseruata?*
4 *Decretum irritans ligat & executorem: & an ipsum Papam de potestate ordinaria. ibidem.*
5 *Beneficia litigiosa an dicantur affecta?*
6 *Collatio beneficij litigiosi ad quem pertineat?*
7 *Beneficium litigiosum in curia an possit resignari in manibus ordinarij?*
8 *Beneficia reseruata possunt in manibus Ordinarij resignari, licet non possit de illis prouidere.*
9 *Litigiosum beneficium quod dicatur?*
Impetrans an vitium beneficij litigiosi in impetratione detegere debeat. ibid.

QVÆST. X.

QVæritur an reseruatio generalis beneficiorū
a pro aliquo capiat litigiosa [a] ? † & in hoc ar-
1 ticulo decisiones multæ volunt, φ si fit reseruatio cum potestate acceptandi, φ mortuo vno ex litigantibus possit reseruatiuus, vel expectans illud acceptare, quia.c.2. vt lite penden.in 6. casum acceptationis non comprehendit, sed tantum in litigiosos collationem prohibet, & licet Archidia-

conus in verbo, conferantur, intelligat illum text. tantùm loqui, quãdo collator iure suo prouideret: secus ergo a contrario sensu innuit, vbi iure alieno, & sic in executore qui auctoritate Apostolica confert. Tamen propter generalitatem illius text. illum intelligunt, quòd propter huiusmodi acceptationem debeat reseruatiuus, vel expectans admitti ad prosecutionem litis, propter text. in d.c.2. àd fin. cum sua id intersit propter acceptationem. ita dicunt decisiones Rotæ 28. de concess. præben. 2. vt lite pend. in antiquis, & 2. vt lit. penden. in antiquissimis, & 12. & vlt. ad fi. eo. tit. in nouis. idemque vult Aegid. q. 35. Sed profectò ille text. in c.2. plurimum obstat aduersus decisiones. Nam si ex æquitate illius. c. nouiter introductum est, ne detur nouus collitigans, licet cessent verba capituli; tamen ratio illius semper viget, & facit, quia prohi-
2 bito † vno, videntur & alia præcedentia prohibita, per quæ peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de spõs. & ex ista ratione ita videtur velle Bonifac. de Vital. in clement. 1. versic. an in conclusione, vt lite pẽdente, qui tamen postea in duabus sequentibus conclusionibus videtur hoc limitare.

3 Quid autem si reseruatio † non sit cum potestate acceptãdi, sed vacantibus beneficijs per cessum, vel decessum, statim Papa illa confert, an veniant litigiosa? Et in hoc articulo etiam si reseruatio esset ad alias reseruata, & affecta, tenendum est quòd non, quia Papa in d.c.2. & in clement. si duobus, vt lite penden. prohibet omnino collationem, ne detur nouus collitigans, & in d.c.2. est decretum irri-

tans

4 tans, quod † ligat & executorem,[b] & ipsum Pa-
b pam [c] quoad ordinariam potestatem, vt est text.
c in cap.quodam, vbi Dom.Philip. & alij notant, de
præbend. in 6. & ideo de litigiosis non censetur
unquam intellexisse, nisi exprimat, vel de eius cer
ta scientia aliter appareat. & hoc est quod vult
Vitalinus in d.clem.si duobus, in quinto notab.vbi
etiam extendit, si collatio Papæ fieret motu pro-
prio,& in octaua conclus.vt lit.pend.
5 Ex prædictis infertur, † quòd beneficia litigio-
sa etiam in Curia non dicuntur affecta, neque re-
seruata.si enim affectio, vel reseruatio in eis cade-
d ret,non possent acceptari per expectantes [d], vt per
Romanum consi.260.& dixi supra etiā per text. in
d.c.2. vt lit.pend. in 6. prohibentem illa confer-
ri; suspenditur tamen collatio, nō autem reseruan.
tur, per clement. 1.ad fin.vt lite penden.
6 Ad quem autem pertineat † collatio [e] beneficij
e litigiosi, declaratur hoc pendere ex dubio litis
euentu, & vbi pertinet ad Papam, est propter o-
bitum in Curia, non autem propter litem, & sic
beneficij litigiosi nulla est reseruatio, nullaque af-
fectio. prima autem Clement. loquitur, quando
lis est finita per mortem vtriusque, & sic benefi-
cium non est litigiosum.
Est etiam sciēdum, quòd beneficium litigiosum
7 etiam in Curia, potest † resignari in partibus, in ma
nibus Ordinarij, vt per Bonifac. in d.clem.1. in 4.
conclus.vt lite penden. & per Philip. in c.potest.§.
fi.de præbend. in 6. tamen prouisio de eo fieri non
potest, per d.c.2.& clemen.1.licet Philipp.aliter vi
deatur

deatur velle in d.§.fin.quod est contra tex.in d.c.2. in verbo,cedat. Videmus etiam in simili, quòd be-
8 neficia †reseruata possunt in manibus Ordinarij re
f signari [f],licet non possint de eis prouidere,vti per Rotam decis.14.de renunciat. in fi. in antiq.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Litigiosa. *concludit Auctor præcipue nu.5. & 6. litigiosa beneficia reseruata non esse. Contrarium tamen Gomes.& Mandos.admiserũt.Primus in regul.de impetr.benefic.vacant. per obit.famil.Card.q.8.versi istis tamen non obstantibus teneo,ibi quia certum est. Secundus vero in reg.34.de annali,q.87. sub nu.9.ibi quia tamen beneficia litigiosa, & sic reseruata, acceptare non poßet. de quo dic, vt per eundem Mandos. ex profeßo loquentem,in ead.regul.de impetr.quæ est iuxta eius ordinem.32.q.9.nu.4. cũ plur. seqq. Quod*
9 *autem dicatur beneficium † litigiosum? addas Cassador.decis.9. de caus.poß. & propriet.atque D.Lancellot.de attẽtat.lite pend.2.part c.4.in præfatione,& alibi. An aũt fieri debeat in impetratione de vitio litigiosi mentio? Menoch.vid.de arbitr.iud.cas.201.nu.131.*

b Executore. *& Prob.in capit. sibi qui, numero 2. & 5. de rescript. in 6. Gabriel. de clausul. conclus. 3. 2. ampliat. num.3.*

c Papam. *sequuntur Paris. consil. 37.col.2. versic. secundo.quia ille, libro 4. & Rebuff.in concord. rubr. de firmit.& reuocabilit. concordat. stabil. versi. tertio notanda. Intellige tamen vt per Gabriel. de clausulis,*

sulis,d.conclus.3.ampliat.3.num.4.& 5.& vide Pute.decis.418. In causa Vercellen. lib.2.& decis. 391. In vna Calaguritana.lib.3.

d Expectantes. *recurre ad Mandos. in dicta reg.34. 87.q.num. 8. & 9. diserte Mandos. filius in prima add. Rom. consil. hic citatum 260. incip. In proposito casu, vbi de Ptolomæ. decis. 53. meminit. & Lancellot. de attentat. 2.part.cap.4.de attentat.lite pend. in præfat.num.529 & seq.*

e Collatio. *vide Ptolemæ.decis.76.incipien. Gebennen.Parochialis.Mandos.d.q.87.reg.34.numero 8.& perite Lancellot. de attentat. 1.par. capit.3.num.91. cum plur. sequen.*

f Resignari. *Cassador. decis.8. Papa contulerat, nu. 9.de præbend.vbi indicat Bisign.decis.4.de renuncia. vide dicta per nos.infra q.46.*

Episcopatus nunquid in generali reseruatione veniant? & quid de Abbatia, & dignitate.

SVMMARIA.

1 *Episcopatus non veniunt in generali reseruatione.*
2 *Lex simpliciter loquens de beneficijs non includit Cathedrales. Intellige prout in num.7.*
3 *Abbatiæ veniunt appellatione beneficiorum.*
4 *Glosa in c.2.de præb.in 6. reprobatur.*
5 *Abbatiæ an in primo vel medio gradu dignitatum sint? & num.6.& 10.*
8 *Episcopatus dignitatum culmen appellatur.*

Episco-

9 *Episcopatus quoad ordinis excellentiam Cardinalatui præfertur.*

11 *Cardinalium S.Praxedis & Paleotti mentio.*

QVÆST. XI.

IN generali beneficiorum reseruatione non ve-
a niunt † Episcopatus [a], vt per glo.& Doct.in c.2.
2 de præb.in 6.& ideo videmus, quòd lex † simplici
ter loquens de beneficijs, non intelligitur de Ca-
b thedralibus [b] Ecclesijs, nisi de eis specialem faciat
metionem, vt per Roman. consi.340. in 1.col. vo-
lentem, quòd constitutiones quæ sæpe fiunt a Pon-
c tificibus, vt litteræ [c] beneficiorum intra tres men-
ses expediantur, non habeant locum in Episcopa-
d tibus. Tamen veniunt Abbatiæ [d], † vt late per Ge-
3 min.in d.c.2.improbantem Glosam † ibi, volentem
4 contrarium, cum qua tandem transit Lap. allegat.
84.& Philip.in eo.c.2.& Collectan. in c.fin. 2.col.
in 8.q.de præben.simpliciter transit cum glo.Ioan.
Andreæ, quæ opinio prius fuit Archidiaconi, & ibi
Ioan.Monach. in c.inquisitores, de hæreticis, vbi
refert vidisse declarari, quòd appellatione genera
li dignitatum non comprehenditur Abbatia, nisi
specialiter de ea fieret mentio, & Ioan.And.etiam
sequitur Collecta.in capit.ex tenore, in 3.quæstio.
de concess.præbendæ. Alia tamen opinio obser-
uatur, & Ioan. Andr. met dicit, quòd opinionem
suam Curia non admittit.

5 Præterea non est verum, quòd Abbatiæ † sint in
primo gradu dignitatum, vt sunt Episcopatus, ideo

de

de illis fieri debeat ſpecialis mentio, vt alij Docto. arbitrantur: & quia idem Io.And. in c.maioribus, vbi Abb.& alij cum eo tranſeunt,de præben. dicit,
6 quòd Epiſcopatus ſunt in primo † gradu, Abbatiæ verò in ſecundo, & ideo quòd ſunt media beneficia inter Epiſcopatus,& alia inferiora, & ita etiam firmant Doctores, quòd non ſint in primo gradu cum Epiſcopatibus, in cap.2. vbi Decius in ſecundo not.de iudic. Hinc eſt, quòd idem Ioan.Andr. in d.c.2.in nouella, contra opinionem ſuã, & aliorum, multa adducit, & dicit, quòd text. in capit. quamuis, de electio. in 6. quoad deuolutionem, æquiparat Abbatiam alijs dignitatibus inferioribus: & cum iſta opinione vltima reſidet etiam Petrus de Anch.in d.c.2.

Appendic. Pauli Granuccii.

a Epiſcopatus. *Hæc hodie parum curamus, poſteaquam per Cancell. regulas peculiaris epiſcopatuum fit reſeruatio.*

b Cathedralibus. *c.dilectus, de conceſ. præbend. c. quamuis, verſic. quanquam ſub nomine, de præbend.*
7 *in 6.quod procedere † intelligas in odioſis,ad c.inquiſitores,vbi glo. penult.de hæretic. in 6. ita Mandoſ.in 16.q.32.reg.ſub num.2.& 5.q.8.reg.ſecus autem eſt in fauorabilibus.c.1.& ibi glo. in figuratione caſus, de reg.iur.lib.6.glo.1.in clemen.vnica, de cauſ.poſſeſſ. & propriet.communem hanc dicit idem Mandoſ.in 8. q.20.reg.nu.7.& qui eum ſequitur Burſat.conſ.287.*

Facili

Facili negotio, num. 5. lib. 3. nec mirum. siquidem Epi-
8 *scopatus † non tantum dignitas, immo dignitatum cul men appelletur. c. venerabilis, de præb. Gambar. de legato, lib. 2. num. 41. cum seqq. vbi ad rem plura, folio*
9 *27. & quoad ordinis † excellentiam, idem Gambara voluit esse Causiatu maiorem, adeo vt dedignati sint aliquot Episcopi purpuratum acceptare. ne fortassis descenderent, in lib. 7. num. 122. & 123. fol. 221.*

c Litteræ. *contra Gomes. regul. de non iudic. iuxt. form. suppli. q. 9. & Mandos. in d. 5. q. 8. regu. quos refert, & sequitur Mandos. filius ad Roman. consil. 340. ver. Episcopatum. quod ab Auctore sub nu. 360. indicabatur. Nos enim hoc, vitiaque alia prope infinita (etiam nullo de his leuibus in Appendiculis huiusmodi facto cumulo) expurgare cogitatò sumus arbitrati.*

d Abbatiæ. *Episcopatibus † Abbatias æquiparat*
10 *tex. in c. si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiã, 16. quæst. 7. Tametsi minora inter sacerdotia aliquando illas reponi ostendat Menoch. de arbitr. iudic. cas. 216. numero 7. cui aduersatur Mandos. post Lapum antepenult. addit. allega. 85. concludens ex maioribus dignitatibus, & speciali nota dignas esse. Nos autem Menoch. loqui intelligimus de paruis Abbatijs, & sine iurisdictione: Mandosium vero in magnis, quæ iurisdictionem Episcopalem sortitæ sunt: prout de communi testatur Nauarr. in Manual. c. 12. in 2. præcepto, sub num. 75. & ipsemet Mandos. reg. 26. de benef. vacan. per promot. quæst. 3 sub numero 9. pro cuius distinctionis comprobatione & extensione alias Vercell. nos multa coaceruasse meminimus nomine maioris in partibus Prælati (vt fortasse de ingenioli no-*

stri

ſtri imbecillis viribus periculum faceret) requiſiti, à Doctiſſ.& integerr. D.Io.Stephano Beluiſio. I.C Cathedralis dictæ Ciuitatis Decano,& Prothono.Apoſt. in excitatis ambiguitatibus permulcendi gratia, atque ad concordiam procliuius alliciendi partes aliquas de quarum præcedentiæ contentione ſuſpicabatur. Quam tandem prudentia & dexteritate illorum

11 † *ſanctitatis, Eccleſiaſticæq. diſciplinæ ſtudioſiſſ omniumque virtutum fulgentium inter militantem Cohortem luminum ſedatam vidimus, (dum Mediolanũ anno præterito de menſe Maij ad prouinciale Concilium vice perilluſtr. & Reuerendiſſ. D.Vercellen.Epiſcopi,cuius per biennium Generalis Vicarij perſonam ſuſtinueramus,nos contuliſſemus) Illuſtriſſ.ſcilicet atque Reuerendiſſ.S.Praxedis dictæ Metropolitanæ Archiepiſcopi, & Paleotti dudum Bononien. Archipræſulis creati, S.Rom.Eccleſ. Cardinalium, qui mitratos Abbates S. Benedicti reliquias Sanctorum Simpliciani & Sociorum portare permiſerunt, Reuerendis admodum & Venerab.Archipresbytero Ioanne Fontana V. I. peritiſſ.& Apoſt.Prothonot. Canonicis, & Capitulo maioris Eccleſiæ, in eorum ſolito loco relictis,in proceſſione translationis in toto Orbe celeberrima facta,vt nihil ſupra.Quorũ Illuſtriſſ.humanitati nos valde debere fatemur,illiS.Praxedis precipue,qui poſt multa benignitatis officia,ſacro cũ tali prouinciali conſeſſu nos in iudicẽ eiuſdem Concilij cũ admodũ R. D.Vtr.Signat.Referẽdario Adoeno Ludouico nobiliſſ. Anglo,Generali Mediolan. Vicario,viro legali in Philoſophia apprime verſato, & pio,nuperq. meritiſſimo Epiſcopo Caſſanen.deligere,atq;cooptare dignatus eſt.*

Reſeruatio

Reſeruatio nunquid includat beneficia tempore reſeruationis nondum creata?

SVMMARIA.

1 *Beneficia de nouo quæſita an in reſeruatione veniant?*
2 *Legatum etiam indefinitum non extenditur ad futura.*
3 *Iuramentum de obſeruando ſtatuta, ad facta de nouo non extenditur.*
4 *Simonetta hic improbatur.*

QVÆST. XII.

Reſeruatis beneficijs alicuius Eccleſiæ, ſi poſt
1 † datam reſeruationis in dicta Eccleſia ſint
a creata aliqua beneficia, illa non veniunt [a], vt per Rotam deciſio.32.nu.7.de præben.in antiquis, per clement.fin.de reſcript.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Non veniunt. *Pro Auctore facit tex. in l.ſi ita legatum,& l.medio,in princip.ff.de auro & argen.leg.*
2 *vbi quòd † Legatum etiam indefinitum præſentia ſolum comprehendit,non autem futura. rurſus faciunt tex. in c.clericis,& c.quemadmodum,de iureiur.dicentes,*

3 *tes, † Iuramentum de obseruando statuta, ad facta de nouo non extendi. Item faciunt omnia per Alexandrũ adducta in eius consil. 178. In occurrenti casu, lib. 2.*

4 *Contrarium tamen † in terminis firmauit Gaspar de Perus. in eius tract. reseruationum, versic. quæ autem beneficia reseruantur, nu. 8. versic. Lap. contra, & Aene. de Falcon. eod. tract. 3. q. prin. num. 8. versic. beneficia post reseruationem nouiter creata, refert & sequitur diserte Mandos. in 7. q. 3. regu. Cancell. quo loci contrarijs confutatis, aduersus Simonettam concludit sub nu. 21. ibi contraria opinio verior est, & tenenda.*

Reseruatis beneficijs intra annum vacaturis, an beneficium pluries in eodem anno vacans includatur?

SVMMARIA.

1 *Reseruationis appellatione an de prima duntaxat intelligatur. & num. 3.*
2 *Reseruatio odiosa est.*
3 *L. boues. §. hoc sermone, de verborum significat limitatur.*

QVÆST. XIII.

RESERUATIS beneficijs vacaturis intra annum, si pluries idem beneficium vacauerit, puta, quia reseruatiuus resignauerit, & ex resignatione alij fuit prouisum, qui deinde intra annũ reseruationis est mortuus: quæsitum fuit, an idem be-

 neficium

neficium ſemper intelligatur reſeruatum? quia de
1 prima † vacatione actum cenſetur, iuxta l. boues. §.hoc ſermone, de verbor.ſign. c.non poteſt.§.1.de
2 præb.in 6.& quia odioſa † eſt reſeruatio reſtringi debet, regula odia, de regul.iur.in 6.

Tamen Cald.conſi.10.de præbend. determinat
a contrarium, [a] † vbi eſt tempus præfixum, vel cauſa
3 ſit expreſſa, quæ duraret, quia tunc regula † d. §.
4 hoc ſermone, locum non haberet, vt plene per Fel. in c.1, in 4.col.4.& 5.fallent.de treg. & pace.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Contrarium. *aliquid per Rebuff. in nouis addit.ad 2.regul.Cancell.ſub verbo, ac dignitates conuentuales, verſi.Intellige reſeruari.fol.441.& cum iſtius concluſione reſidet Dec.in l.edita, col. 2. C. de edendo. Grat. conſi.53.col.4.& ſeq.vol.1 Tiraquell.de retractu lignag.§.8.glo.7.num.9.tandemque Gabriel.de legibus, concluſ.2.limit.7.num.38.vbi plene dicti §.hoc ſermone.l.boues, materiam pertractat, poſt Tiraquell.& Rebuff. qui illum peculiariter dotarunt.*

Mentio de reſeruatione an per impetrantem ſit habenda?

SVMMARIA.

1 *Mentio de reſeruatione an per impetrantem ſit facienda?*

Regulæ

2 Regulæ quando sub nullitatis pœna sit habenda mentio?

3 Reseruato de beneficio nulli debet prouideri, non facta de reseruatione mentione in supplicatione, & quid sit de iure communi? num. 4. & an procedat, si motu proprio facta sit prouisio? nu. 5. limita vt num. 8.

6 Clausulæ motu proprio non excludit intentionis defectum.

7 Credendum non est Papam velle de reseruatis contra ordinem suum prouidere.

8 Clausulæ, dummodo alteri non sit ius quæsitum, effectus. & num. 9. & 10.

11 Dispositio qualibet Principis intelligitur sine præiudicio tertij.

12 Clausula, & si specialiter, vel generaliter reseruata, quid in impetrationibus releuat?

13 Reseruationis notoriæ an in prouisione Papæ mentio habenda?

14 Mentio an sit habenda per Papam successorem, quando confert maiorem dignitatem, quæ sede vacante vacauit?

15 Mentio non nisi in casibus à iure expressis facienda est.

QVÆST. XIIII.

a AN in gratiâ sit facienda mentio [a] † de reser
1 uatione beneficiorum, siue sit generalis, siue specialis, solet à Doctoribus sæpe quæri: pro cuius articuli veritate inuestiganda, sciendum est, quòd Pontifices omnes varias edunt regulas suo tantum

2 tempore duraturas, quas † in ſupplicationibus im-
petrantes debent obſeruare, alioquin gratiæ ſunt
ſubreptitiæ, aut expediri non poſſunt à Cancella-
ria, cuius poteſtas ab his dependet: & hæc omnia
patent ex regulis ipſis, ſi videantur.
Secundo ſciendum eſt, quòd Vrbanus V. per
3 vnam ſuam regulam voluit, † quòd nulli prouide-
retur de reſeruato, qualiſcunque eſſet illa reſerua-
tio, niſi de reſeruatione ipſa foret in ſupplicatione
facta mentio. Gregorius vero XI. qui Vrbano V.
ſucceſſit, longe eo liberalior, regulam edidit, quòd
de beneficio cuicunque impetranti prouideretur,
niſi de reſeruato generaliter, & ſic de iſta regula,
de ſpeciali, nulla erat facienda mentio. & ita refert
deciſ. 1. de reſcript. circa medium 2. col. & deciſio.
21. de præbend. in nou. quæ eundem caſum proſe-
quitur: & de iſta regula meminit Aegid. qui eiſdē
temporibus fuit, deciſ. 425. & Regulæ Vrbani, &
Gregorij melius, & clarius, vbi omnino videas, re-
feruntur in deciſ. 28. circa finem. in nou. & per Fel.
in c. in noſtra, in quinto corellario, de reſcript. qui
referens deciſiones multas, ſe inuoluit, non conſi-
derans, quòd loquuntur ſecundum regulas tem-
porum ſuorum.
Sed ſepoſitis regulis, videndum eſt, quid ſit de
4 de iure communi, † vtrum de reſeruatione ſit fa-
cienda mentio? & Rota deciſ. 30. de præb. in anti-
quis. expreſſe firmat, quòd ſic, concludens generali
ter, quòd impetratio tacita reſeruatione, ſit nulla. li
cet vtatur argumentis ſtringentibus in contrarium
& idem firmat Rota deciſ. 22. de præbend. in anti-
quioribus.

quioribus,quæ eiſdem fere rationibus vtitur, quibus alia,& pro deciſionibus eſt tex.in c.cum olim, vbi etiam notatur,de re iudic. per quem ita dicunt Federic.de Sen.in tracta.de permutat.4.q.Gemin. conſi.12.Cald.conſi.9.de præb.ſiue ſit generalis,ſiue ſpecialis,& Fel.in d.c.in noſtra,in 5.corellar.

5 Hæc autem concluſio † procedit etiam, ſi motu proprio Papa prouideat,non ex defectu poteſtatis,
b ſed voluntatis,& intentionis, [b] quam † non exclu-
6 dit dicta clauſula,vt per Io.And.& alios in c.ſi motu proprio,de præb.in 6.quia non eſt credendum,
7 † quòd Papa voluerit de beneficijs reſeruatis prouidere contra ordinationem ſuam, iuxta d.c.cum olim,de re iudic. ita dicunt Domin. & Philip.in c. 2.ad finem,de præb. in 6.& Fel. in d.5. corellar.licet Collect.in c.1.in 19.q.de reg.iu. quando motu proprio facta eſt teneat contrarium, & non bene: quia,vt dictũ eſt, obſtat defectus intẽtionis,licet p
c illam ceſſet ſubreptio,[c] & idẽ Collecta.in d.c.1.in 25.q.primã ſuam opinionẽ non audet affirmare.

8 Limitatur,vt non procedat † ſupradicta concluſio,quando eſt appoſita clauſula, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, ſecundum dictam deciſionẽ 22.de præbend.in antiquior.

9 Sed aduertendum eſt in primis, ꝙ hæc † clauſula dummodo &c.habeat tollere vitium taciturnitatis reſeruationis, videtur mirum, quid enim habet cõe iſta clauſula,cum mẽtione, ſeu expreſſionẽ reſeruationis? quæ clauſula apponitur ex ſtylo ab abbreuiatoribus, non ꝙ verba ſupradicta hoc exprimant,vt in ſimili dicit Rota deciſio. 32, in anti-

quis,de prob.in 8.colum.versic.sed ad propositum causæ præsentis.

10 Secundò est aduertendum, quòd decisio † Prima de rescript.in nou.de qua supra memini, vult, quòd tempore Vrbani V. dabatur illa clausula in expeditionibus, & tamen non sufficiebat vbi erat opus expressione reseruationis, vt dicit dicta decisio. Ergo ex iuris dispositione dicta clausula hoc non importat.

11 Tertio, omnis † Pontificis, & Principis dispositio ex iuris communis præscripto intelligitur sine tertij præiudicio.l.1.§.merito, & §.si quis a Principe.ff.ne quid in loco publ.cum olim, de verb.sig. & importat, dummodo non sit alteri ius quæsitum.

Quarto, rationes quibus vtuntur decisiones supradictæ, siue prima, siue secunda, idem necessariò inferunt, etiam quòd dicta clausula sit apposita.

Quid autem operetur in impetrationibus clau-
12 sula, † & si specialiter, vel generaliter reseruata, ponit Gemin.consi.12.& infra tangam, vbi de clausulis reseruationum agetur.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCI.

a Mentio. *vide Aeneam de Falcon. vbi statim dicam, Menoch. de arbitr.iudic.cas.201. numero 110. Pute.decisione 395.in vna Abulen.libro tertio. Quinimmo si plures essent reseruationes, de omnibus esset facienda mentio in impetratione, Cassador.decisione nona. Stante familiaritate, numero quinto.de præ-*

bend.

bend.idem Aene. 4.quæstione 44. effectu. Mandos.2.
13 *quæstione 14.reg.post numero 4.Reseruationis † tamen notoriæ in Curia, & generalis, non esse habendam mentionem in Papæ prouisione voluit Rebuff. in prax. & forma signaturæ, versic.specialiter, vel generaliter, numero 10. qui in forma noua prouisio-*
14 *nis, versic.dummodo,numero 10. firmauit, † mentionem nec esse faciendam per Papam successorem, quando confert maiorem dignitatem, quæ sede vacante vacauit, rationemque adducit. regulariter e-*
15 *nim non † nisi in casibus à iure expressis mentio fieri debet, Cassador. decisione 12. Pluries coram, numero sexto, de præbend.*

b Intentionis. *sequuntur Felin in capit.cæterum,columna sexta,versiculo septimo,restrictio, de rescript. Socin. consilio 115. numero secundo, & sequen. volumine 3.Ruin.consil.123.numero 19.volum.3.Paris. qui communem hanc dicit, consilio 1.num.74. volum. 1. Porro in consil.4. numero 27.libro 2.Boer.decisio. 186. fin.colum.ac tandem Gabriel. libro 6. de clausulis,conclus.2.num.20.2.limit.princip.Mandos. ad Lap. allegat.7.in fin.*

Subreptio. *probatur ex glo. in versic. directas, clement. per litteras, de præben. vltra tex.in d. c. si motu proprio, eod. tit. in 6.sequuntur Cassador. decis.3.de pensio. num. 4. Dec. consil. 33. num. 2. Gigas de pensio. q. 22. num. 7. Rebuff. in concordat. tit.de forma mand.Apost.in 29.effectu, atque Gabr. d.conclus. 1. num. 1. vbi num. 10. limitat non procedere quo ad tertij præiudicium; vide apud eum hanc materiam fusissime explicatam.*

Mentalis reseruationis an mentio sit habenda?

SVMMARIA.

1 *Reseruationum aliæ sunt generales, aliæ speciales, aliæ indiuiduæ.*

2 *Reuocatoria reseruationum an de mentalibus intelligatur?*

QVAEST. XV.

PRæcesserat reseruatio mentalis, vt personæ grata prouideretur de certo beneficio, puta S. Petri, quòd obtinet Titius in Diœcesi Mediolanen. de quo deinde vacāte, Papa prouidit Sempronio, nulla facta mentione mentalis reseruationis, cum clausula etiam, si specialiter, vel generaliter esset reseruatum, conclusum fuit ab omnibus Auditori-
a bus, quòd licet Papa, qui mentaliter [a] sibi, & Sedi Apostolicæ reseruauerat, huiusmodi beneficium esset affectum, quòd prouisio Papæ successoris non facta mentione de tali reseruatione, vt subreptitia, non valeret, ex quo vt Geminian. consilio 12. & Aegid. consilio 33. in 5. columna, dicunt, Re-
1 seruationum † aliæ sunt generales, aliæ speciales,
b aliæ indiuiduæ, [b] & vna aliam non complectitur, nisi facta sit mentio, ergo etiam non complectitur mentalem, quæ est species diuersa ab alijs, ex vsu temporibus Alexandri VI. inuenta, & ad hoc allegebatur

gebatur cõſi. Decij 168. fere in terminis, & ita fuit iudicatum. & ex eiſdem rationibus fuit etiam conclusum, ꝙ reuocatoria † reſeruationum non intelli
2 geretur de mentalibus, niſi de eis fieret mentio, & propterea regula reuocatoria Leonis X. temporibus, de eis faciebant ſpecialem mentionem.

APPENDIC. PAVLI Granvccii.

a Mentaliter. *quam (ceu e medio ſublatam per Trident. Decretum. ſeſſ. 24. c. 19. incip. decernit prout ſupra q. 3 addit. 2. meminimus) nihili facimus.*

b Indiuidue. *add. ad ſupradicta in q. 4. nu. 1.*

Reſeruatiuus impetrans aliud beneficium, an de ſua reſeruatione, vel expectatiua mentionem facere debeat?

SVMMARIA.

1 *Impetrans an de ſua reſeruatione, & expectatiua mentionem facere teneatur?*

2 *Limitatio tex. c. in noſtra, de reſcript.*

QVAEST. XVI.

a Quia in ſuperioribus [a] concluſum eſt, ꝙ impe
1 trantes † debent facere mentionem qualiter beneficium eſt reſeruatum, ſucceſſiue quæritur, an impetrantes mentioné facere debeãt, qualiter

b qualiter habent reseruationem,vel expectatiuã b;
& in hoc breuiter concluditur ,quòd sic, per c. in nostra,de rescript.per quem text. ita concludit Io. Andr.in reg.Ignorantia,de reg.iur.in sexto,in mer curialibus: & intelligit conclusionem in illo procedere,qui sciebat tale ius habere. nã alioquin ignorantia facti illum excusaret, per c. gratia, de rescr.
2 in sexto,quem etiam limita,† vt per Lag.alleg.89. & Felin.vbi eandem sequitur in d.c.in nostra,in 4. col. in princip. de rescriptis.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Superioribus. *scilicet quæstione 14.*

b Expectatiua. *vide Rebuff.in prax.tit.de clausulis mandatorum,num. 13. & 15. aliquid tradit Cassador. decis. 18. sub num. 2. de præbend.*

Pontificia reseruatio nunquid præterita etiam respiciat,prout futura?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio Pontificis sequentia tantum respicit.*

2 *Electiui beneficij si post electionem fit reseruatio salua remanente electione, impeditur tantum confirmatio.*

3 *Collatione per Ordinarium alicui facta, si Papa illud reseruet, antequam absens consentiat,collatio tenebit, sed consensus impeditur.*

Reseruatio

4 *Reseruatio statim quo facta est, suos operatur effectus.*

5 *Reseruatione facta sub participio futuri temporis, an includantur beneficia tempore datæ reseruationis vacantia.*

QVÆST. XVII.

Reseruatio Pontificis, præcedentia non respicit;
a sed sequentia [a] † tantum inficit, vt est text. in
1 c. si eo tempore, de elect. in 6. vbi beneficij † electi-
2 ui si post electionem fit reseruatio salua remanente electione, impeditur tantum confirmatio: ad idē est tex. in c. si. de concess. præb. in 6. & propterea dicunt Dominic. & Philip. in d. c. si eo tempore, quòd
3 † facta collatione per Ordinarium alicui de beneficio iuxta c. si tibi absenti, de præb. in 6. si Papa illud antequam absens consentiat, reseruet, quòd collatio facta tenebit: sed ille consentire non potest. Idem dicit Collectan. post antiquos in c. cum
4 in distribuendis, de temp. ordinan. & reseruatio † secundum Io. And. Domin. & alios in d. c. si eo tempore, statim a momento, quo facta est, suos operatur effectus, allegant no. in c. 1. de cau. poss. & propriet.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Sequentia, *quid autem si facta sit † reseruatio*
5 *sub participio futuri temporis, puta de beneficijs vacaturis, an includantur beneficia tempore datæ reser-*

uationis

uationis vacantia? glo.in verbo,notitia, in clem.vnica.§.secus,de concess.præbend.affirmatiuam complectitur, idem voluit glo.3. quam Doctores communi voto comprobant,de præbend. in 6. sequitur Aene. de Falcon.tract.reseruat. 4.q. princip.10. effect. in materia plane vide Mandos.in præfatione.26.regul. post eundem Aeneam,effectu 13.

Reseruatio sine decreto num actus sequentes inficiat?

SVMMARIA.

1 *Io.Andr.dicens, ita demum reseruationem operari, si facta est cum decreto, communiter reprobatur. & numero 6.*
2 *Papa cum omnibus Ordinarijs in collatione concurrit.*
3 *Stylus Curiæ, vt omnia post simplicem reseruationem etiam sine decreto non valeant.*
4 *Intellectus c.si capitulo,de præb.in 6.remissiue.*
5 *Intellectus.c.si beneficia,de præb.in 6.*
7 *Io.And.sibi ipsi parum constans hic.*

QVAEST. XVIII.

1 Licet Ioan.Andreas † in d.c.si eo tempore, velit ita demum quòd reseruatio operetur, si facta sit cum decreto irritanti,per tex.in c.si capitulo,de concess.præbend.in sexto, tamen Paul. de Cast.&
a alij ibi tenent contrarium [a]. Quia si consideremus,

mus, Papæ reseruando non vult ius conferendi ac-
2 quirere, quandoquidem cum † omnibus Ordina-
rijs concurrat, cap. cuncta per mundum, capit. per
principalem. 9. quæstione tertia, sed ius conferen-
di vult alijs adimere, & iste est effectus reseruatio-
3 nis, & pro ista opinione facit stylus † Curiæ, qui
ex simplici reseruatione dat decretum: nam curia
omnia post simplicem reseruationem vult non va-
4 lere. & ad capit. si capitulo † respondetur, vt la-
tius per Dominic. in dicto capitulo, si eo tempore.
5 Nec obstat. capit. si beneficia, † de præbend. in 6.
quem ibi Geminianus notat ad hoc, quòd reser-
uatio sine decreto non operetur, ex quo ibi text.
de reseruatione cum decreto facta meminit, quia
loquitur secundum ea, quæ frequentius contin-
gunt, iuxta glos. in l. prima. C. de his, qui ad ec-
cles. confug. & in l. prima. C. de rap. virg. & prop-
pterea non negat quin si esset sine decreto, quòd
non sit efficax. & ideo Collectaneus in capitulo
dilecto, in 6. quæstione, ad finem, prima columna,
de præbend. ad quem locum se remittit in capitu-
lo relatum, in 7. quæst. ad fin. eodem titulo, opinio-
nem Ioan. Andreæ tantum recitans, dicit, quòd
6 opinio † Ioan. Andreæ tanquam non probabilis,
7 non seruatur de facto. Et idem Ioan. Andr. † in di-
cto capitulo si eo in Nouella, mutauit opinionem
dicens, quòd Curia nunquam reciperet primam il
lius opinionem, & ita tene. quamuis Petrus de
Ancha. in dicto capitulo, si beneficia in 2. not. ver-
si. sed hic quæro, per illum tex. & friuola quædam,
sequatur primam opinionem Io. Andr.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Contrarium. *vide optimum tex. hanc partem comprobantem, in c. ecclesia, el secundo, vt lite pendente, pro qua Mandos. flectitur in 4. q. 9. reg. nu. præcipue 3. & 4. illud tamen nota discrimen, de quo Cassador. animaduertit decis. 1. num. 3. de rer. permut. alicuius scilicet beneficij reseruationem sine decreto factam, ante eius notificationem non afficere, refert Lancellot. de attent. appellat. penden. 2. par. cap. 12 limit. 3. num. 27. ibi facit etiam.*

Quæ magis afficiat hominis reseruatio, an iuris?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio hominis magis afficit, quam iuris.*
2 *Papa est iure potentior, quia est supra ius.*

QVÆST. XIX.

1 Reseruatio † hominis magis afficit quam iuris, vnde si afficit reseruatio. c. 2. de prębend. in *6.* multo magis debet afficere reseruatio Papæ viuentis. Ita arguit etiam Calderin. consil. 2. de præbend.
2 & ratio esse potest, quia Papa † est iure potentior,
a cum sit supra ius [a], capit. proposuit, de concess. præbend. cum vulg.

AP-

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Supra ius, *intellige de potestatis plenitudine, vt eo loci text. dicit, ita pariter supra Concilium illum esse opinamur, ex c. significasti, de elect. Cassador. decisio. 2. Inter cætera, num. 4. de præbend. Aene de Falcon. eod. tract. 1. prælud. in fi. & vide per Bursat. ample. consil. 109. libro 1.*

Ius in re an per reseruationem tribuatur?

SVMMARIA.

1 *Ius in beneficio non tribuitur ex reseruatione etiam cum decreto.*

2 *Affectio nulla tribuit ius in re, sed ad rem.*

3 *Ius in re cadit sub reuocatorijs gratiarum.*

QVÆST. XX.

Per reseruationem etiam cum interpositione decreti, & etiam cum acceptatione, vbi neces-
1 saria sit, sine prouisione † non tribuitur ius [a] in be-
a neficio, vt est tex. in c. fi. vbi ponderat Philippus de
2 de conceß. præb. in 6. per nullam † enim affectionem tribuitur ius in re, sed ad rem, vt per gl. in c. si capitulo, in verbo, affectum, de conceß. præb. in 6. & ideo tex. in d. c. vlt. de conceß. præben. vult, quòd
3 † sub reuocatorijs gratiarum tale ius cadat.

AP-

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Ius. *conferunt dicta per Aene. de Falcon. tracta. reseruat. quæst. 4. princip. effect. 47. & Mandos. 13. q. reg. 3. Cancell.*

Reseruatio quomodo probetur?

SVMMARIA.

1 *Narratiuæ Papæ dicenti se reseruasse an credatur? & sequen.*
2 *Petrus de Anch. vbi hic reprehenditur?*
3 *Dictio (dudum) ad longum tempus & modicum referri potest.*
4 *Reseruationes habentes tempus præcisum sunt meliores illarum quæ habent tempus incertum.*
5 *Commissiones aliquando datæ fuerunt contra Papæ narratiuam, & quomodo?*
6 *Curia præstat auxilium contra Narratiuas Papæ non veras.*

QVÆST. XXI.

RESeruatio clara, & certa est, quando litteræ sunt super ea expeditæ. sed etiam dubitari nõ
1 est opus, Si Papæ † narratiua dicit, se reseruasse,
a quia Papæ ita narranti, credendum [a] est, cum de facto proprio attestetur, clem. 1. de proba. per quẽ

tex.

tex.ita dicit Card.cõsi.126.iuxta fi.& Pau.de Cast. consi.398.secundum antiquam impressionem &
2 Gemin.consi.79.licet Pet.de Anch.† consi.398. ad fi.dicat, (& non bene) reseruationem non probari assertione Papæ in prçiudiçium tertij, & vide quid dicam in illo articulo an per litteras Papæ probetur familiaritas? Et non omitto, quòd temporibus Leonis X.emanarunt infinitæ prouisiones cum narratiua, dudum, si quidem reseruauimus beneficia Titij, eodem ceden.vel deceden.quç narratiua etiã
3 probaret reseruationem. Tamen quia dictio † dudum, & ad longum tempus, & modicum referri potest, vt declarat Alber.de Rosa.per bona iura in dictionario in verbo, dudum. Et propterea non constabat de tempore dictæ reseruationis, & alij habe
4 bant reseruationes habentes tempus † præcisum, quòd diiudicarentur meliores propter incertitudinem temporis illarum, iuxta.l.duo sunt Titij. ff. de test. tutela. vidi etiam temporibus meis, quando-
5 que dari commissiones † contra istas narratiuas Papæ, quod si per talem narratiuam tollebatur ius quæsitum supradictio, præfigeretur terminus parti contrariæ ad docendum de reseruatione aliter quam per narratiuam Papæ, quo elapso & non docto de reseruatione. reiectis litteris, procederetur ad vlteriora, quæ obseruantia emanauit ex consilio Federic.de Sen.117. ad fin. vbi dicit, quòd Curia
6 † præstat auxilium contra istas narratiuas Papæ, quæ non sunt veræ: de quo consil.meminit Felin. in c.nonnulli.§.sunt & alij in quarta columna, paulo ante fin.de rescript.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Credendum. *è contrario sæpius in Rota iudicatũ fuisse Caputaquens. ex testimonio habemus in eius decis. 37. seu 40. incip. Cum reseruatio, lib. 1. de qua meminit Lancell. de attentat. 2 par. c. 4. de attenta. lit. pend. in præfat. num. 442. Generaliter autem quando Papæ attestationi stetur? tangemus infra quæst. 36. nu. præcipue 8. & 9. & tradit Bursat. consil. 324. Ex proposito, num. 7. lib. 3. dum narratiuæ Papæ, & Episcopi in antiquis credendum esse autumat, quo in consil. multa antiquissimi patronatus probationem concludentia ponit, facientia ad fauorem alias coram nobis tunc Generalis Vicarij Episcopatus Vercellen. personam sustinentibus, atque Pontificio ex diplomate delegatis, per excellentiss. V. I. C. D. Leonem de Bazzanis nobil. Vercellen. polituло & limatulo cum eius iudicio adductorum in causa illa Iuris patronatus Ecclesiæ Crauiaschi, pro quo nostra fuit sententia exequuta, nedum per superiores confirmata.*

Narratiua Papæ non de facto proprio loquente, an reseruatio probetur?

SVMMARIA.

1 *Narratiua Papæ non de facto proprio an probetur reseruatio? & an saltem per eam probetur exceptio ad repellendum agentem spolio? num. 2.*

QVAE-

QVÆST. XXII.

SVccessiue quęritur, cum nōnullæ sint reseruationes inductæ per regulas, vtputa, omnium Offi-
1 cialium Ro.Cur. si Papa † narrat beneficium reseruatum, quia vacat per obitum Sempronij collecto-
a ris, [a] an ex his verbis narratiuis, quæ non sunt de facto proprio Papæ, probetur reseruatio? Bonifac. de Vitalin. per multas quæstiones similes in d. clement, 1. in 3. col. in versi, ex his, de probat. determinat, quòd non. Aegid. vero decis. 342. dicit, quod verba narratiua Papæ huiusmodi non probant,
2 quoad adiudicationem beneficij, sed bene † probarent quoad effectum, vt quis agens spolio, a recuperatione possessionis repellatur: & sic probarent exceptionem reseruationis contra agentem spolio, de quo latius infra dicetur.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Collectoris. *Vide Gabriel. de probat. conclus. 2. numero 3. 1. illat. & quæ proxima in præterita quæstione diximus, & de auctore meminit illum sequendo, Caputaquens. decisione 40. incipiente cum reseruatio. libro primo: & in recollectis sui temporis in ver. reseruatio. parte tertia, decisione quinta, incipiente, reseruatio non probatur si Papa narrat in breui.*

Testibus nunquid reseruatio probetur?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio probatur per testes, & quid in probatione reuocationis? num. 2.*
3 *scripturam casus multi requirunt remissiue.*
4 *Bonifac. de Vital. vbi hic reprobatur?*
5 *Testibus probantur etiam qualitates magnorum beneficiorum.*
6 *Papa si mandauit illius reseruationes non valere, nisi a duobus clericis scriptæ reperirentur, quid iuris si scripta per vnum tantum inueniantur?*

QVÆST. XXIII.

NOn solum autem per bullam, seu scripturam
1 probatur reseruatio, sed etiam † per testes [a],
a qui assistebant Pontifici, quando illam fecit. Et eo-
2 dem modo probaretur illius † reuocatio, vt per
Rot. decis. 5. de probat. in antiq. licet Collector ibi
3 contra decis. arguat, quia cum sint certi † casus, qui
requirunt scripturam, & iste non sit de expressis,
per gl. in verbo, inscriptis, in c. 1. de cēsib. in 6. ideo
ad substantiam illius non est necessaria scriptura:
4 licet † Bonif. de Vital. in clem. 1. de probat. velit cō-
trarium, & nō recte, & propterea temporibus meis
vidi ego & reseruationes per testes probari, & earum tempus, de nocte, vel de mane.
5 Item qualitates, † vbi de magnis beneficijs agebatur,

batur, & est gl. optima in c. si eo tempore, in verbo, Iam, cum qua omnes transeunt, de elect. in 6.

6 Iuxta prædicta † quæritur, olim Io. X X I I. ordinauit. vt reseruationes quas ab eo fieri cõtingeret, per duos clericos scriberentur, alias non valerent, postea fecit vnam reseruationem, quæ ab vno tantum scripta est. Dubitatum fuit, nunquid dicta reseruatio valeret, & omissis argumentis Thom. Fastol. dubit. 32. caus. 12. incip. Secundo dubitabat, dicit, quòd fuit determinatum, quòd sic, per tex. in l. diuus. §. licet. ff. de iure codicil. Oportet ergo secundum illum tex. quòd Papa faciens reseruationem, mandet illam scribi ab vno tantum: alioquin si scripta reperiretur ab vno clerico duntaxat, Papa inscio, cum inueniretur scripta contra illius ordinationem, de qua nullo modo apparet quod voluerit recedere, profecto dicendum est, secũdum opiniõnem aliorum reseruationem eo casu non valere.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Testes. *sequitur Aeneas de Falcon in tract. reseruat. 4. q. princ. effectu 28.*

Fama, & communi reputatione num reseruatio probetur?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio inducta per regu. vel extrauag. an probetur*

betur fama & reputatione, & quomodo procedat.num.7.
3 *Reputatio cõis & fama releuat ab onere probandi.*

QVÆST. XXIIII.

1 REseruatio † etiam inducta per regulas, vel extrauagantes, vtputa quòd quis sit Officialis, vt beneficia illius sint reseruata, nõ probatur per cõ-
a munem reputationem, [a] vel famam, sed per veri-
2 tatem tantum. quòd † procedit quoad effectum iudicatoriæ, sed absolutoriæ secus, Aegid. decis. 611. 674. itaque debent intelligi, quæ scribit Bellencinus in tract. de subsid. charit. 112. quæst. vbi probat, quòd l. barbar, de offic. prætor. non habet locũ in probanda collectoria.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Reputationem. *sequitur Cassador. decis. 2. promotus erat, paulo ante num. 3. ibi communis etiam repu-*
3 *tatio, de constit. Cæterum, sat erit † ad illum subleuandum, qui probare alias tenebatur, nam probandi onus transfert, idem Cassador. decis. 5. Voluerunt Domini, in fin. super reg. Cancell.*

Supplicatione sola an reseruatio in possessorio probetur?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio, de qua per solam supplicationem constat, impedit*

impedit possessorium per aduersarium intentatum suspenso petitorio.

2 *Reseruationis expiratio an probetur per solam supplicationem signatam?*

QVÆST. XXV.

1 Item sciendum est, quòd reseruatio † de qua
a per solam supplicationem [a] cõstat, impedit possessorium per aduersarium intentatum, suspenso petitorio, ita Rota de præb. decis. 15. in nou.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Supplicationem. *per quam, reseruationem probari Rota alias conclusit, coram Romano in vna Compestellana Parochial. 11. Maij. 1584. vt Mandos. ostẽdit in reg. 27. de non iudicando, q. 10. in fine, cætera quoad possessorium prosequere vt per eundem in q. 3. & Lancell. de attentat. 3. part. c. 24. q. 11. num. 30. &*
2 *31. & an † per solam supplicationem signatam probetur expiratio reseruationis? Fel. in rub. de constitu. col. 4. negatiuam videtur amplecti, vide tamen Aene. de Falcon. tract. reseruat. q. 4. princip. effect. 27.*

In Curia vacare quæ beneficia dicantur?

SVMMARIA.

1 *Vacare in Curia dicitur beneficium, quando vacat*

per adeptionem 2. item quando Papa illud beneficium vacare decernit.nu.2. & num.5.

3 *Beneficium vacans in Curia per assecutionem interim permutari non potest.*

4 *Extrauag.ad Regimen,per obitum Benedicti expirauit,ideo hodie per Pontifices renouatur.*

5 *Intellectus duplex ad extrauag.Ad Regimen.*

6 *Vacantia in Curia sunt specialius Papæ reseruata.*

7 *Vacantia in Curia non veniunt sub generali collatione concessa, etiam si adessent clausulæ prægnantes.numero 8. & apponeretur clausula motus proprij.numero 9. neque indulti Cardinalis vigore.numero 10.*

11 *Vacantia apud Sedem dicuntur vacare in Curia.*

QVÆST. XXVI.

Licet alias fuerit quæstio, An si Papa decernit prima beneficia vacare per assecutionem alterius,prima beneficia dicantur reseruata, & an donec prouisus de alio, illius possessionem assequatur: prima ita dicantur reseruata, vt interim non possint permutari, vt per Rot. 4. in antiquior.de rerum permutatio. quæ reperitur 13. eodem titulo, in antiquis,& 8.eodem titulo,in nou: tamen Rota
1 65.de reseruat.in antiquis.dicit,quòd † censentur
a reseruata,& vacare in Curia [a], & quòd ita seruat Romana Curia, & quòd de hoc est regula Cancellariæ. nostris vero temporibus est regula 64. quæ loquens de beneficijs vacaturis per promotionem vel assecutionem, disponit quomodo super eis sit

danda

2 danda à Cancellaria reseruatio. item, † quando à Papa per futuram assecutionem reseruantur. Et propterea Rota decisione 14. de rerum permutat.
3 in antiquis dicit, quòd † beneficium huiusmodi interim permutari non poterit. prout etiam dicit decisione 65. de rescript. ex quo censetur reseruatum, & quòd ita seruat Vicecancellarius, & dicitur, quòd super hoc emanauit Extrauagans Benedicti, & hodie est Extrauag. Ad regimen, quæ est Benedicti XII. ad fin. quæ per omnes Pontifices
b innouatur. [b] Nam per obitum † Benedicti expi-
4 rauit, cum illam pro tempore suo tantum durare voluerit: & ex prædictis habetur duplex decla-
5 ratio † ad d. extrauag. videlicet, vt procedat in beneficijs vacaturis per assecutionem alterius non solum ex dispositione iuris, sed etiam ex decreto Papæ. Item, quòd Papa decernat beneficia vacare per assecutionem pacificam, vt dicit extrauag. tamen donec prouisus adipiscatur possessionem, prima beneficia etiam censentur reseruata, & non est locus permutationi, alioqui facile eluderetur dictæ Extrauagantis prouisio, & propterea glos. Ioan. Andr. in clementina prima, in verb. collato, vt lite pendent. dicit, quòd in Romana Curia
c practicatur, quòd beneficia electi [c] in Episcopum, statim etiam ante adeptam possessionem conferuntur, licet aliud de iure esset dicendum secundum glo. ibi, & Abb. in cap. cum in cunctis. §. cum vero, de electio. & Roman. consilio 335. & vterque de stylo Curiæ meminit.

AP-

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Curia. *Vide Mandos.in 5.regul. Cancell.vbi ad rẽ plures affert quæstiones,add.Rebuff.in prax.benefi.de reseruat.num.40.in fin.atque in forma signatur,ver.*
6 *extra Romanam Cur.& nota,quòd beneficia † vacãtia in Curia specialius cæteris sunt affecta Papæ, c.2. de præb.in 6.Mandos.in præfatio.5.reg.num.1.atque*
7 *† sub generali conferendi facultate neutiquam veniunt,gl.in c.1.de offi lega.Gambara de lega. lib.3.nu. 122.fol.73.Mandos.ad Lapum alleg.84.littera d.ver.*
8 *non includuntur.etiam si collationis † clausulæ prægnantes essent,puta,de vacantibus,& vacaturis qualitercunque,& vbicunque,etiam generaliter,vel specialiter reseruatis,Aene.de Falco.hoc eod.tracta.4.q. princip.43.effect.incip.potestas conferendi,de qua vide etiam per Rotam decis.4.de præb.in nou.& adeò ve*
9 *rum est,vt neque † per clausulã motus proprij in hac facultate conferendi quæcunque beneficia adiectam, beneficia in Curia vacantia veniant. Dominic. in c.2. col.fi.versi.sed quid si Papa,& ibi Franc.in vlt.no.de præb.in 6. Aene.de Falcon.vbi per Gabriel.qui illum refert & sequitur, de clausulis conclus. 2. effectu. 8.*
10 *num.90. addimus, quòd neque indulti † vigore possit Cardinalis de vacantibus in Curia prouidere,quamuis recte Papa prouideat de consensu Cardinalis,Put. decisione 31. In vna Leodien. libro 2. quando autem collatio Cardinalis habeat vim istius consensus? Ioan. Paul.decis.29.Messanen.*

Illud

11 *Illud pariter nota, quòd apud Sedem † vacantia in Curia vacare dicuntur.c.1.de præben.in 6.Lap.& ibi Mandos.allegat.96.in princip. Pute.iam dictus decis. 36.Fuit dictum in vna, lib.2.*

b Innouatur. *sequitur Cassad.decis.3.in fi.de constit.*

c Electio. *dicam in Quæst.seq.*

Promotorum ad Episcopatus beneficia quomodò reseruata dicantur?

SVMMARIA.

1 *Promotorum ad Episcopatus beneficia hodie sunt reseruata, licet olim secus fuerit.*

2 *Promototia beneficia quando vacare dicantur? & nu.3.& 4.melius num.6.*

5 *Promotus ad Episcopatum cum clausula & cum retentione si moritur extra Curiam, an beneficia illius reseruata dicantur?*

7 *Promoti ad Episcopatum titularem an beneficia vacent ante possessionem adeptam.*

8 *Promotus impetrare tenetur dispensationem super retentione, & litteras expedire, fallit in permutatione Episcopatuum. num.9.*

10 *Promoti impetratio, tacito quòd eius beneficia sunt iuris patronatus, an subreptitia dicatur?*

QVÆST. XXVII.

a LIcet alias beneficia per promotionem [a] posset. Ordinarij conferre, vt dicit tex.in cap.cum in-

cunctis.

1 cunctis.§.cum vero, de elec.hodie ; tamen per extrauag. Ad regimen, sunt Papæ reseruata, de qua ad hoc propositum meminit Rot.1.de rerum permut. in nou.in 2.col.in versi. breuiter prædicta cõclusio.
2 Solet tamen quæri a Doctoribus, quando † beneficia promotoria vacent,& vt dicit Abb. in d.§.cum vero, quatuor requirũtur, ibi per textum expressa, quæ prosequitur Lud.Rom.consi.335.tamen cum
3 † Rom.Cur.hodie in prouisione decernat dicta beneficia vacare, subito post decretũ sunt reseruata, iuxta d.extrauag.Nec illa requisita expectantur,& facit gl. in clem. in verb.collatio, vt lit.pend.quę
4 dicit, quòd † Cur.Rom.non admittit, quòd alibi dicantur beneficia promotoria vacare, quam in Ro-
5 ma. Cur. Sed hic quæritur, † quid si Papa (prout plerunque contingit) aliquem promouet cum retẽtione beneficiorum, is deinde moritur in partibus, an beneficia illa censebuntur reseruata, vt de eis possit solus Papa disponere?. Hæc quæstio alias cõtigit in Rota, & per dictam extrauag. reseruantem beneficia promotoria, vel promouenda nunc vacãtia,& in antea vacatura fuit iudicatum, ꝙ essent reseruata: quia cum ad certum tempus promotionis se non restringant, generaliter debet intelligi, quocunque tempore sint vacatura ; & propterea fuerunt litteræ expeditæ a Cancellaria, quæ huiusmodi reseruationem dederat. quam & non errasse in danda reseruatione præsumendum erat, & si dubium aliquod iuris erat, stari debebat illi declarationi per Papam in litteris factæ, vt dicit in simil. Petr.de Anchar.consi.293.incip.vltra alia.

AP-

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

2 Promotionem. *plura per Mandos. videre fas est in 13.& 14.quæst primæ reg.Cancell. Quodque pro-*
6 *moti beneficia † post consecrationem duntaxat vacare dicantur, vt possessione adhuc non adepta conferri iure possint, per multa iura firmare videtur Mandos. ad hic citatum consil.Roman.335.circa primum consultationis.1.addit. quamuis nos minime lateat Cassadorum e cõtrario puguare, decisione 2.promotus erat, de constit.& d.Mand. parentẽ solidiorem sententiam scriptis exarasse in 4.quæst. 26.reg. de vacaturis per promotion.num.3.4. & 5.dum statuit beneficia promoti non nisi possessione adepta vacare, & post tres menses vacare beneficia promoti dicit Caputaquens decis.97.licet beneficia.libro 1.& cum D.Mandos.Patre est decis.In recollecti. Caputaquens. sui temporis in ver.promotio decis.2.seu 401.num.2.3. & 7. quæ decis. incip.Promotus ad Episcopatum, quòd pariter*
7 *locum sibi arrogat in promoto † ad Episcopatum titularem: is enim priora beneficia non amittit, nisi per adeptionem pacificæ possessionis eius Ecclesiæ postea factam, prout legimus in decisione prima Achill. de Grass. Rotæ Almæ Vrbis Auditoris, & per*
8 *Mand d.loco Tenetur ergo promotus non modo † dispensationem super retentione obtinere, de qua Mandos.in eius prax.signat.gratiæ, ver. dispensatio, super retentione propter promotionem. sed etiam litteras expedire, iuxta decis.Put.327.Motus proprius, lib.1.*

qua

qua de re, & an teneatur soluere annatam, vide decis. Achill. de Graf. de ann. 1548. ver. promotus. incip.
9 *Promotus in Episcopatum. quod locum † non habere ostendit in Episcopatus permutatione, illudque nota dignum existimamus, quòd sicut per promotione vacant beneficia, quæ quis obtinet tam de iure quam de facto, ita illorum retentio cõcessa, extenditur ad obtenta non minus de iure quam de facto Caputaquense teste decis. 251. sicut per lib. 1.*

10 *An autem hæc † in beneficiorum retentione si promotus, qui beneficia iuris patronatus habebat, illa non expressit, subreptionis vitio subiaceat, & beneficia ad Patronorum commodum vacent? pro affirmatiua vide Gondisaluum, & qui illum refert: & sequitur Gambar. tract. de legato, lib. 3. nu. 499. fol. 91.*

Resignata beneficia in Curia per procuratorem alibi constitutum an dicantur vacare in Curia?

SVMMARIA.

1 *Beneficia omnia resignata in Curia sunt reseruata, etiã si constitutio procuratoris alibi facta sit. numero 2. atque in manibus Ordinarij in Curia residentis sint resignata. numero 3. etiam si facta sit resignatio ex causa permutationis. numero 4. etiam in infirmo resignante in Curia. numero 6.*

5 *Permutatio tacita habet conditionem, si sortiatur effectum.*

QVÆ-

QVAEST. XXVIII.

1 BEneficia † omnia resignata in Curia sunt reser uata,& in Curia vacare dicuntur, per.c. 2. de
2 præb. in 6.quamuis † constitutio procuratoris ali-
a bi [a] facta sit,prout declarant Archidia.& Io,And. clem. 1,in verbo,collato, vt lit. pend. & est decisio 4.de præben.in antiq.& vlt,de re iud,in antiquior. dum loquitur de eo,qui per procuratorem resigna
3 uit.Secundo procedit † etiam in beneficijs resigna tis in Rom.Cur. in manibus Ordinarij ibi degẽtis, vt sint reseruata,secundum decis.1. de rerum permut.in nou,in 2.colum.Tertio procedit etiam,si re
4 signatio † facta sit ex causa permutationis,quia dicuntur beneficia vacare in Curia, licet permutatio effectum non habeat,vt dicit d.decis. 1.& vlt,de re rum permutat,in antiq.licet decis.4.eod.tit,in an-
5 tiq,velit contrarium,quia † permutatio tacitã conditionem habet,si sortiatur effectum,cuius contrarium voluerunt dd.decis. vt dixi,vbi agitur de permutatione,& habetur per Fel. in c, cnm venerabilis,in 3,col ad fi.de exceptio, Quarto hoc procedit
6 etiam in infirmo † resignante in Curia, qui non supra uixit per 20.dies,iuxta regulam, quia licet collatio facta ex huiusmodi resignatione non valeat; tenet tamen resignatio, & beneficium huiusmodi dicitur reseruatum, iuxta c,præsenti, de præbend. in sexto,& per Roman. consil.342. Sed regula hodierni temporis vult contrarium,dum dicit, quòd beneficia huiusmodi censeantur vacare per obi-

tum,

tum, vnde temporibus Ludouic. Roma. puto quòd
b aliter [b] se haberet regula.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Alibi *sequitur Pute. decis. 36. incip. fuit dictum in vna, ad finem, lib. 2. addimus optimam glo in verb. col lato. ibi non placet hoc dictum in clem. 1. vt lit. pend. Gambar. de lega. lib. 3. num. 122. fol. 73.*

b Aliter. *prout animaduertit & D. Horat. Mandos. ad d. consi. Rom. 342. incip. Quoad primum, littera b.*

Priuatione facta de beneficio in Curia, an ibi illud vacare dicatur?

SVMMARIA.

1 *Priuati beneficia vacant, vbi priuatio facta est, declara vt num. 2. & amplia vt num. 5.*

3 *Homicida an sit ipso iure priuatus, vel veniat priuandus beneficijs? & num. 7.*

4 *Intellectus ad Extrauag. Ad regimen, de praeben. in communibus.*

6 *Gomes. & Pauinus vbi hic explosi.*

8 *Homicida per sententiam beneficio non priuatus poterit agere contra possessorem ad ius sibi in beneficio competens.*

QVAEST. XXIX.

1 SI quis † beneficijs Romae per sententiam priua
a tus [a] est, illius beneficia in Curia vacare dicuntur,

tur, nec alius Papa inferior de eis disponere potest vt per Bart. in l. si quis sub conditione, in 1. col. vbi etiam Bal. idem dicit. ff. de testam. tutela, & de vacatione per priuationem alias erat extrauagans, Ex debito pastoralis offic. Io. 22. habetur etiã per Philip. in c. præsenti, §. sane, de præb. in 6. & licet ipse ibi se inuoluat, tamen Rot. de re iud. deci. vlt. in an
2 tiquioribus expresse declarat, † vt prædicta procedant quando per sententiam consecutiue esset beneficijs priuandus, prout in eo qui ad perpetuas carceres est damnatus, & ideo dicit Bald. in l. cum
3 fratrem. C. de his, quibus vt indig. quòd licet † ho
b micida sit priuandus [b] beneficijs, vt per Inno. in c. nostris, de concess. præb. tamen si quis sit damnatus de homicidio, & sententia eum beneficijs non priuat, quod ea vti vacantia non poterunt impetra-
c ri. [c] & refert & sequitur Anchar. in c. fin, in 1. col, de homicid.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Priuatus. *illo in loco beneficium vacare. pro comperto est, quo aliquis priuationis sentẽtiam passus fuit, non aũt in loco, in quo beneficium sitũ reperitur, Rot. decis. 35. alias 86. incip. nota quod vbi, de præb. in antiquis, quodq; ob priuationem Romæ factam, beneficiũ Romæ vacare dicatur, firmauit alius Rotæ Auditor, Gãbara scilicet in tract. de leg. lib. 3. nu. 124. & 125. fol. 73. qua de re habemus Extrauag. Benedicti XII. incip. Ad regimen, de præbend. in communibus, beneficia*

vacantia per depositionem, & priuationem peculiariter reseruantem, quam quidem omnes Pontifices per eorum regulas in principio innouare solent. illamque Aene. de Falcon. tract. reseruatio. 3. q. princip. sub num.
4 *12. intelligit † in priuatione iuris: secus si hominis, tunc enim collationem beneficij ad Ordinarium spectare autumat: quod axioma vti extra eam, ad quam intendimus rem pertinentem, haudquaquam examinamus, illud neutiquam omittentes, adeo verum esse, quod beneficium in loco priuationis vacare censetur,*
5 *vt procedat, dato quòd † persona priuata extra priuationis locum reperiatur, quidquid e regione Pauinus*
5 *† & Gomes. dixerint in locis per Mandos. illos reprobantem adductis ad 32. reg. Cancell. q. 8. in fin. sub num. 13. vbi Rotam ita tenuisse in vna Compostellana canonicatus coram Vestano demonstrat: ibique de Bartolo, & Bal. ab Auctore citatis non fuit oblitus. vide tamen Caputaquens. distinguentem in decis. 91. in compostellana lib. 1. & in recollectis sui temporis in ver. regula de triennali decis. vlt. quæ est 48. parte. 3. vbi ista intelligit, si priuatio ipsa in Curia facta sit contra præsentem, vel contra absentem: verumtamen contumacem, tunc nempe in Curia vacare dicitur beneficium, alioquin secus.*

b Priuandus. *quodque sententia requiratur, Rota decis. vlt. de re iud. in antiquior. incip. Acceptatus coram Ordinario suo, in princip. Capell. Tholos. decisio. 208. vbi Aufrer. incip. Item fuit quæsitum si beneficiatus, dicens secus esse si homicidium præcessit collationem. de communi Clar. in prax. crim. §. homicidium, num. 21. versi. de iure autem canonico. ibi est tamen*

men

7 *men non leuis, idque † procedere affirmat cum in voluntario, tum etiam in homicidio qualificato. idem tenuit Pute.decis.paulo post adducenda in princip.*

c Impetrari, *probat Pute.decis.233.incip,eadem die*
8 *in vna Fauentina,lib.2.Quinimmo † talis agere ad ius in beneficio competens contra possessorem valebit, vt per eum ibidem.*

Apud Sedem quando dicantur beneficia vacare?

SVMMARIA.

1 *Beneficia omnia vacantia in Curia sunt reseruata,*
2 *Vacare in Curia,& apud Sedem paria sunt.*
3 *Reseruata per Extrauag.Ad regimen, dicuntur vacare in Curia.*
4 *Reseruata omnia an in Curia vacare dicantur?*

QVÆST. XXX.

1 RESERUATA † sunt omnia beneficia vacantia a-
a pud Sedem iuxta c.2,de præb.in 6. & paria [a]
2 † sunt,vacare in Curia,& apud Sedem, [b] vt per gl.
b in c,statutum,de præb,in 6,cum qna transeunt omnes,& præcipue Philip,in c,2,de præb.in 6.item re
3 seruata † per Extrauag.Ad regimen, dicuntur vacare in Curia, nec possunt per Ordinarium etiam post mensem hodie conferri,per Extrauag.Bonifa. incip. Pie solicitudinis,per quam corrigitur.c.præsenti,de præb.in 6. vt in d. c. Doctores firmant, &

meminit Io. And. & etiam alij sequuntur, vt refert Lap.alleg.96.in princ,& ad declarationem.d.c.pręsenti, vide etiam Aegid. decisio.654. dum loquitur de Capellanis S. Petri, & distinguit inter obitum curialis, & alterius. Immo fortius audet firmare Calder.consi.9.de præben.ad finem, quod omnia
4 † reseruata si vacare contigerit, dicuntur vacare in Curia, quòd qualiter debeat intelligi, vid.Lap. distinguentem allegat. 84.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Paria, *uide supra q.26.num.11.*

b Sedem. *quando autem apud Sedem uacare dicantur? responde, quando in Curia fit renunciatio, uel priuatio uel si ibidem alij uacationis modi inducuntur, & ideo si ille, qui ob non solutionem pensionis priuatur, est Romæ, beneficium dicitur vacare Romæ. ita Gābar.de lega.lib.3.nu.124.& seq.fol.73.& vide Caputaquens.in decis.91.in compostellana. lib.1.*

Absens si de beneficio vacante in Curia prouidetur, qui antequam prouisionem ratam habeat, in partibus moritur, an tale beneficium vacare dicatur in Curia?

SVMMARIA.

1 *Beneficium vacans in Curia collatum absenti mortuo*

tuo ante acceptationem, an dicatur vacare in Curia ex prima vacatione?

2 *Prouidẽs iure proprio, si prouisio non habet effectũ, iterum prouidere potest.*

3 *Beneficium esse collatum aliud est, & aliud esse conferendum.*

4 *Moriẽte in Curia cui beneficium erat conferendum, quo in loco vacare dicatur beneficium?*

QUAEST. XXXI.

1 Quod beneficium † alias vacans in Curia, si de eo prouisum fuit alicui, qui antequã consensum præstiterit, decessit in partibus; dicatur vacare in Curia ex prima vacatione, quia nunquam illi fuit quæsitum, per tex. in c. si tibi absenti, de præben. in 6. firmat Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de actio. & petit. §. super additionibus, in addit. magna. in vlt. q. & hoc abunde prosequitur Gemin. in c. 2. ad fin. de præben. in 6. & Philip. in c. præsenti. §. penult. ad fi. eo. tit. & lib. itaque etiã consuluit Oldrad. consi. 57. incip. Papa reseruauit, vbi dicit, quòd si Papa sui familiaris beneficiũ contulit absenti, qui antequam præstaret consensum collationi, in partibus est mortuus, Papa iterum

a prouidebit [a]. quia vbi is † qui de iure proprio

2 prouidet, & prouisio non habet effectum, iterum [b]

b prouidere potest, c. si electio, & c. si cõpromissarius de elec. in 6. per quæ iura. Idem tenet Collect. in c. ecclesia vestra, in 3. colum. in versi. sed quid si Papa tibi absenti, de sortileg. Bald. vero in L. Aemilius,

in repetitione in 10.col.de mino.dicit,quod aliud
3 † est esse beneficium collatum,aliud conferendum
4 & ideo si moritur † in Curia cui beneficium erat conferendum, dicitur vacare in partibus, & non in Curia. quod intellige secundum supradicta, si erat conferendum in partibus antequam Papa manum apponeret,vide Fel.hoc dictum Bald.referentem in c.in nostra,de testib.circa fin.57. corel.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Prouidebit. *vide quæst.13.Mandos.reg.3.cancell. huic plane affinem.*

b Iterum. *conferunt dicta per Iaso. in l. diuortio. §. quòd in anno,in fi.ff.soluto matrim. & Soc.declarantem in l.hæc conditio.ff.de condit.& demonstra.col.2. Dec.consil.512.col.fi.& Tiraquell.de retract.lignag. §.8.in gl.7.num.6.& sequ.vbi tradunt ad secundum actum deueniri saltem ex benignitate, quando primo loco factus fuisset inualidus,effectumve non habuisset. de quo per Cur.Iun.consi.89.col.1.vol.1.& vide Gabriel.lib.6.de legib.& const.concl.2.nu.presertim 30.*

Collectorum, & subcollectorum beneficia num dicantur reseruata?

SVMMARIA.

1 *Beneficia collectorum vnicorum,& subcollectorum sunt reseruata.*

Extrauag.

2 *Extrauag. Ad regimen, per mortem Papæ Benedicti XII. expirauit.*

3 *Qualiter beneficia collectorum sint reseruata? remissiue.*

QVÆST. XXXII.

1 Beneficia † collectorum, & subcollectorum vni
a corum, quæ habuerunt tempore [a] collectoriç,
b secus si postea [b] obtinuerint, sunt reseruata per re
gulas Pontificum pro tempore existentium. & ho
die est quarta regula in impressis. Sunt etiam reser
uata per Extrauag. Benedicti XII. Ad regimen,
2 quæ licet illius † morte expirauerit, tamen per om
nes Pontifices innouatæ sunt, vt patet ex regula pri
c ma impressarum, & qualiter [c] horum † beneficia
3 sint reseruata, loquũtur plures decis. videlicet. 11. 13. 14. 15. de præb. in antiq. & 20. in antiquio. eod. tit. & 11. in no. tamen vt cuncta clarius habeantur, duo discutienda sunt, primum, de quibus collectoribus & subcollectoribus intelligantur: secundum de quibus beneficijs.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Tempore collectoriæ. *plene Bellencin. tracta. de charitatiu. subsid. q. 117.*

b Postea. *Bellenc. sequitur loco iam dicto, quæst. 119.*

c Qualiter. *cũ reg. 4. reseruat. habeat in corpore hæc verba, videlicet,* qui suo tempore eorũ officia exer-

 cuerint.

cuerint. *cessant omnia iura dicentia collectorum, & subcollectorum beneficia reseruata esse, dato quòd officium non exercuerint, prout illa peculiari confutatione explodit Pute. decis. 315. incip. licet Rota, decis. 207. in nou. lib. 1.*

Regula reseruatoria beneficiorum collectorum, & subcollectorum an ampliationes aliquot admittat?

SVMMARIA.

1 *Collectorum etiam plurium vnius Prouinciæ beneficia sunt reseruata. amplia, vt num. 3.*
2 *Lex exprimit quod vult.*
4 *Collectorum beneficia sunt reseruata, dato quòd remoti, priuatiue sint, vel officium absoluerint.*
5 *Affectum semel beneficium semper durat affectum.*
6 *Collectorum beneficia sunt reseruata, dato quòd mortui sint collectores, & Pontifex qui reseruauit.*
7 *Beneficia alia reseruata officialium, an per mortem Papæ expiret reseruatio? remissiue.*
8 *Collectorum beneficia an sint reseruata antequam officium exerceant, & an antequam acceptent officium? ibid. & num. 12.*
9 *Collector iurisdictionem exercet.*
10 *Collectoris officium quis cogitur acceptare?*
11 *Officia publica inuitus quis cogitur acceptare?*
13 *Subcollectorum beneficia an sint reseruata?*
14 *Familiaris beneficium an aliquando non reseruatum.*

tum. & numero 16.

15 *Societas requirit vtriusque partis consensum.*

17 *Subcollectore etiam amoto, & alio subrogato, eius beneficia sunt reseruata.*

18 *Collectorum, & subcollectorum beneficia quæ antea habebant, an sint reseruata? & quid de illis, quæ postea obtinuerunt, num. 19.*

20 *Collectorum, & subcollectorum officium an vile dicatur?*

21 *Cardinalis Madrutij Illustriss. mentio.*

QVÆST. XXXIII.

a IGitur collectorum reseruata [a] sunt beneficia, quod procedit etiam si in vna Ciuitate, Diœcesi, Prouincia, seu Regno essent † plures [b] colle-
1
b ctores, quia regula expresse dicit, quorumcunque: item, quia indefinite loquitur, ergo generaliter intelligi debet. l. si plures gradus. ibique Bart. ff. de legat. tertio; l. si pluribus, in principio. ff. de legat.
2 Et quia † si de subcollectore vnico voluisset tantum intelligi, id expressisset. l. vnica: §. sui vero ad deficientis: C. de caduc. tollend. capitulo, ad audientiam, de decimis: nec inter hæc ratio diuersitatis certa reddi potest; sed quia ita visum est, vt per glo. in l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. & l. non omnium. ff. de legibus. Secundo procedit etiam si
c essent collectores decimę [c] † Papalis impositæ pro
3 subsidio aduersus infideles, quomodolibet varie imponatur secundũ voluntatem Pontificis illã imponentis, quia quandoque xx. quandoque maior, vel

minor,

minor, vt no. in c. fi. de voto, vbi tex. loquitur de xx. tantum. postquam est imposita per Papam illa decima, debetur Cameræ Apostolicæ; sicut omnes prouentus spectantes Papæ, debetur Cameræ Apo
d stolicæ, [d] licet in certos vsus destinati fuerint.

Et quòd dicta regula in huiusmodi collectoribus procedat, vult expresse Bellenc. in tract. de sub sid. charitat. in vlt. quæst. vbi postquam locutus est de collectoribus papalis decimæ pro subsidio aduersus infideles impositæ, subiungit alias quæstiones, quibus huiusmodi collectorum beneficia esse reseruata ostendit: & ita tenendum, quamuis nõnullos non recte considerantes, consuluisse contrarium dicat.

4 Tertio procedit, † etiamsi collectores esse desierint, vel quia remoti, vel priuati, vel alias eorum of
e ficium expirauerit, [e] quia beneficium semel † affe
5 ctum, semper durat affectum, ita volunt decis. supradictæ. 11. 13. 14. 15. de præb. in antiqu. & 11. in nou. & 20. in antiquio. & Petr. de Anch. consil. 158. incip. De natura prope fin.

6 Quarto procedit etiam †, si mortui sint Collectores, & Pontifex, qui eorum beneficia reseruauit, propter eandem rationem, quia beneficium semel affectum, &c. Rot. decis. 20. de præbend. in antiquio. & 31. de præbend. in antiq. & ita obseruandum determinat Extrauag. Pauli II. loquens de be
7 neficijs Collectorum. Quid † autem sit in alijs beneficijs, quæ non fuissent Officialium, alias tamen per regulas reseruatis, vtrum si mortuo Papa reseruante, vacauerint, adhuc duret reseruatio, per c. vt

nostrum,

nostrum de appell.cum materia? vid.gl.in regula, contra.nostri temporis, quæ tenet, quòd non, per illam regulam, a contrario sensu.

8 Quinto procedit etiam, † antequam Collectores officium suum exerceant, [f] secundum Rot.decis.25. de præb.in antiqu.quæ dicit, quòd licet de hoc sit dubitatum inter sapientes, tamen quòd stylus Cancellariæ ita obseruat: sed Rot.decis.11.de præb. in no. hoc ampliat, vt procedat etiam antequam acceptent [g] officium, quia potest contingere, vt qui acceptauerit, illud non exerceat, & hoc non tam ex vsu, quam de iure obseruari ostendit: & quia ita fuit alias bene examinatum, & decisum. Inter alias autem rationes, hæc est potissima secundum dictam decisionem, quia Collector † iurisdictionem exercet mandando solutionem fieri, compellendo per subtractionem pignorum contumaces ad soluendum, Clem.si beneficiorũ, de decim.

10 sed acceptare hoc † officium alias etiam Sedi Apostolicæ vtile, quilibet (etiam inuitus) potest compelli.c.pastoralis, in princ.de offic.delega.l.munerum.§.& iudican.ff.muner.& honor.vnde illius consensus minime requirendus est: regula, potest inuitus.ff.de reg.iur. & licet Collector eiusdem, decis.ad fi.dubitet, an sit iudex delegatus, tamen Bellenc.in tracta.de subsid.charitat.in 94.q. hoc esse verius ex multis ostendit. Et idem videtur tenere Rota cum quodam temperamento, de offic.deleg. decis.10.in nou, sed admisso, quòd sit nudum offi-

11 cium, tamen idem dicendum est, quia † officia publica (vt est hoc, de quo agitur) a nullo possunt recusari:

cusari: & inuiti ad ea compelluntur, vt est clariss textus in l.nullus.C.de decur.lib.10. ponit Accur. Institutio.de tutel. in princip. ergo etiam hoc casu consensus illius minime requirendus est.
12 Sequitur itaque ex prædictis, quòd creato † aliquo Collectore, cum consensus illius minime sit expectandus, quòd beneficia eiusdem per regulas
h statim [h] operantes, reseruata sunt: & propterea cessat ex eisdē regulis alia difficultas mota in alia
13 decis. An idem sit † in subcollectoribus, in quibus tamen regulæ requirunt exercitium; vt ex eis patet, cessat etiam alia difficultas mota per Felin. in c. nostra, in 15. colum. in 21. correlar. de rescript. vbi videtur sibi mirum, quòd Collectorum beneficia sint reseruata, licet officium non acceptent, nec exerceant, cum aliud sit statutum in beneficijs familiarium, si non seruiant, vt per Abb. in c. cum dilectus, ad fin. de cleric. non residentib. & ipse respō det, quòd hæc diuersitas ex stylo Curiæ, non autem ex iuris ratione procedit: quia, vt supra dictum est, hæc de iure secundum decisiones, & rationes
14 procedunt, & est diuersum † in familiaritate, quia illa consensu vtriusque partis tantum contrahitur,
15 sicut † societas, vt per Ioan. Andr. & alios in c. fin. de verbor. sign. lib. 6. nec quisquam familiaris inuitus constituitur, vt ibi per Doctor. nimirum, si ma-
16 gna † est iuris diuersitas, & cum familiares ad hoc accepti sint, vt seruiant, ipsi non gaudent priuilegijs familiarium, iuxta l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. ecclesi. l. scrinearios, cum ibi plene nota. C. de testament. milit. tangam tamen infra, an

beneficia familiarium non seruientium, licet ipsi non gaudeant priuilegijs familiarium sua culpa, censeantur reseruata, cum nulla hominis contrahẽtis familiaritatem culpa, causave intercesserit?

17 Sexto procedit † etiam, si subcollector fuerit amotus, & loco eius alius subrogatus, quia licet per diuersa tempora fuerint plures subrogati, verum tamen est dicere, quòd eodem tempore vnus fuerit subcollector, ita Rot. decis. 11. de præben. in antiq. cum alijs supra allegatis, & per Dec. in c. decernimus, in 10. colum. in versic. & ad 19. articulum, de iureiurand.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Reseruata. *prout habemus in 4. regul. Cancell. & tradit Bellenc. de charita. subsid. q. 115.*

b Plures. *Bellenc. vbi proxime. q. 118. Cui autem probandi onus incumbat de pluralitate ista? Mandos. adeas in 1. q. 4. reg. Cancell.*

c Decimæ. *de quibus fusissime idem Bellencin. vbi dixi agit, & per totum fere tractatum, & vide Mandos. q. 6. reg. 4. Cancell.*

d Apostolicæ. *quorum Præfecto Fisci, vt Budeo inhæreamus, tit. ff. de quæst. Aerariove ex Cicerone, quẽ vulgo Thesaurarium appellant, suprema ratio (post Reuerendam Cameram Apostolicã) concredita est, de quibus prouẽtibus aliqua tangit Mãd. in 6. q. 4. reg. Canc.*

e Expirauerit. *Bellenc. d. trac. sequitur & limitat. q. 116. Gambar. de lega. lib. 3. nu. 177. cũ præced. fol. 76.*

Exer-

f Exerceant. *vid. Mandos. loco confestim indicando.*
g Acceptent. *vid. Mandos. in 4. q. 4. regul. Cancell.*
h Statim. *sequitur Mandos. d. reg. 4. q. 4. numero præcipue. 4.*

18 *Quæri pariter potest, † an beneficia, quæ ante officium iam dicti habebant, sint reseruata? & pro affirmatiua vid. Belencin. d. tracta. de charitatiu. subsid. q. 120. vid. etiam Mandos. in 5. quæst. d. 4. reg. Cancell. vbi alias qq. prosequitur.*

19 *Quid econtra de beneficijs, quæ post collectoriam vel subcollect. adepti sunt, an reseruata dicantur? pro negatiua, idem Belenc. resîdet, vbi diximus. q. 119.*

Postremũ illud est nos haud admittere Collectorũ,
20 *† & subcollectorum officium vile, & onerosum esse prout Mandos. refert in quæst. 8. 4. reg. Cancell. nu. 10. Quinimmo opinamur dignitatem omnino dici, & Nunciorum Apostolicorum priuilegijs illos frui, ex traditis ab eodem Belencin. d. tract. de charita. subsid. q. 49. quod sane idem Mandos. concedere videtur ibid. paulo post nu. 9. Loquimur nempe de illis, qui ad Principes, Regnaque mittuntur, prout hodie videmus in Lusitaniæ Regno generalem Sanctiss. D. nostri Papæ Gregorij XIII. Opt. Max. & Sedis Apostolicæ Collectorem, eruditione, doctrina, atque morum honestate præclarum admodum Reuerend. D. Robertum Fontanam I. C. & Nobiliss. Mutinen. atque Apostolicum Prothonotarium, iamdudum Reuerendiß. ac Illustriss.*
21 *D. Cardinalis † & Principis Ludouici Madrutij a latere Legati, scientiarum omnium, & religionis cumuli, in Augustanis Comitijs (vbi & nos interfuimus) Regentem.*

Non

Non autem verba facimus de his negociorum gestoribus, seu macris satellitibus, qui ad exigendas decimas interdum sola cum facultate exigendi, & compellendi mittuntur, de quibus fortaßis Mil. loqui voluit in eius repertor. verb. Collector non censetur iudex.

Collectoria, & subcollectoria qualiter probetur?

SVMMARIA.

1 *Collectorum potestatis priuilegium est probandum per litteras.*

2 *Subcollectorum facultas & exercitium probari potest per testes.*

3 *Collectoris facultas an per publicam vocem & famam probetur? & an per transsumptum? nu. 4.*

QVÆST. XXXIIII.

1 a POtestatis Collectorum priuilegium † est probandum per litteras [a], per text. in l. vnica, C. de
2 mand, prin. Subcollectorum verò, † & eorum exer
b citium probari potest per testes, [b] vt per Rot. de offic. deleg. 10, in nou, de qua late per Bellencin. in tract. de subsid. charitati. in 110. quæst. & seq.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Litteras. *Mil. in Repertor. verb. probatio quòd quis*

quis sit collector. Bellencin. de charitati. subsid. quæst. 110. cætera vide in qq. seq. Lambert. de iure patro. lib. 2. parte 2. articul. 12. q. 3. num. 5. Mandos. in 2. quæst. 4. reg. Cancell. sub num. 2.

b Testes. *qui tempore commissionis illi iniunctæ præsentes fuerunt, vt Rotæ decisioni hic citatæ nos conformemus, incip. Dixerunt, & concluserunt, sub num. 1. addimus Mil. in Reper. verb. probatio quòd quis sit subcollector. Bellenci. in d. tract. quæst. 111. Mandos. loco paulo ante citato.*

3 *An autem Collectoris † facultas ad reseruationis præcipue effectum, per publicam reputationem & famam iuxta terminos l. Barbarius, de offic. prætor. probari queat? Puteus decis. 10. incip. In vna Barchinonen. lib. 3. tenere videtur affirmatiuam ibi, nam ex reputatione, & fama fuit probatum quòd quis sit Collector, & beneficium reseruatum Papæ: sed iura per eum adducta, id mihi non probant. Quinimmo Bellen. de charita. subsid. quæst. 112. eo loci scriptis exaratus, in Collectore, & subcollectore mihi ex diametro contrarium concludit, vbi in quæst. seq. Bellencin. quærit,*
4 *an per † transsumptum probetur?*

Familiarium, & continuorum commensalium Papę beneficia nunquid sint reseruata?

SVMMARIA.

1 *Familiaris debet esse continuus commensalis, alioquin vna qualitas non sufficit, intellige prout in numero 36.*

Familiares

2 *Familiares varijs modis in iure appellantur, & quomodo ad effectum regulæ? num. 3.*
4 *Familiares æquiparantur mercenarijs.*
5 *Familiaritas est quædam societas.*
6 *Cibum & potum habentes in domo Papæ, vel Cardinalis, non dicuntur familiares.*
7 *Familiaris receptus per litteras Papæ, an & quando familiaris non dicatur? & num. 8.*
9 *Commensalis quando quis dici non possit?*
10 *Commensalis quis dicatur?*
11 *Familiares familiarium, qui expensas cibi & potus habent a Papa vel alio, an sub reseruatione comprehendantur?*
12 *Familiares an & quando dici possint absentes? & an si pro suis negocijs sint absentes? num. 13.*
14 *Esse quis dicitur vbi amat, id est rediturus est.*
15 *Absens an & quando dicatur habere animum redeundi?*
16 *Intellect. ad l. 2. de primicerio, & 3. de domest. & protect. C. lib. 12.*
17 *Arbitrio iudicis remittitur, quanto tempore animi immutatio de non recedendo præsumatur.*
18 *Familiaris qui de licentia Cardinalis iuit ad studiũ, si suis proprijs expensis vixit, an in reseruatione includatur?*
19 *Studium ad perficiendum quot anni requirantur, tam de iure Ciuili, quam Canonico?*
20 *Coniecturis non est opus in claris.*
21 *Vicarius Cardinalis in Episcopatu, an habeatur pro familiari?*
22 *Familiaris non habens integras expensas, immo*

Qualitas

41 *Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*

42 *Familiaris si vnicum obtinet beneficium quod dimittit, aliudque optat, quodnam reseruatum dicatur?*

43 *Familiaris si acceptauit beneficium vigore gratiæ expectatiuæ, an sit reseruatum?*

44 *Familiaritas cum primo, vel secundo Cardinale an sit attendenda circa consensum?*

45 *Familiaris canonicatus de iure patronatus an reseruatus dicatur?*

46 *Papæ ob reuerentiam, ex nulla prægnanti clausula reseruatio ex familiaritate venit, nisi exprimatur.*

QVÆST. XXXV.

Reseruata sunt beneficia familiarium Papæ, & continuorum commensalium, vt per regulam
1 3. requiritur autem concursus † ambarum [a] qua-
a litatum, & nulla ex se sufficeret, vt probat text. in c. fin. de verbor. signific. in 6. & ponit Tho. Fasto. dub. Rot. 11. ad fin.

Et licet varijs modis secundum subiectam mate
2 riam in iure appellentur † familiares, vt in l. pronũciatio. §. familiæ. ff. de verbo. sign. in l. fin. C. eod. tit. in l. 1. §. familiæ. ff. de publician. Felin. in c. insinuante, in secunda colum. de offic. delegat. tamen vt dicunt Ioan. Andr. Domin. & alij in d. c. fina. de verb. sign. & in l. fin. de verb. sign. in sexto, ad declarationem illius textus, ad præsentem materiam familia-

b res dicuntur [b] illi, † qui ſe deputant ad honeſtum
3 ſeruitium alicuius Domini, vt eſt tex. quem ibi pon
derat Abb. in c. cum dilectus, de cler. non reſid. &
4 in d.c.fin. Et æquiparantur † mercenarijs, quia pro
mercede ſeruiunt ſaltem victus, ſtricte ſumpti pro
cibo, & potu: & contrahitur iſta familiaritas com
muni conſenſu recipientis, & recepti, quia eſt quę-
c dam ſocietas [c] †, quæ communi conſenſu contra-
5 hitur. l. qui admittitur. l. coiri. ff. pro ſocio. §. maner,
Inſtitut. pro ſocio.

6 Hinc infertur, quòd † ſi aliqui in domibus Car-
dinalium vel Papæ haberent expenſas cibi & po-
tus, non vt familiares, ſed ex aliqua alia cauſa, puta
per eleemoſynam, vel magnam amicitiã, non cade-
rent eorum beneficia ſub reſeruatione, ita dicit Bo
nifac. de Vitalin. in cle. ſi. de celeb. Miſſ. in 7. notab.

Secundo infert Petr. de Anch. conſil. 398. quòd
7 ſi Papa † aliquem abſentem recepiſſet per litteras
in ſuum familiarem, & continuum commenſalem,
quòd antequam ille conſenſerit, non poteſt dici fa
8 miliaris: immo † ſi conſenſit, & eſſet impotens ad
ſeruiendum, puta in extremis conſtitutus, non po-
teſt dici familiaris, & refert Felin. in d.c. inſinuan-
9 te. Immo non † poteſt dici commenſalis, etiamſi
conſentiat, et ſit potens ad ſeruiendum, cum ſit ab-
10 ſens, nam commenſalis † dicitur ex eo quod ſimul
commedat: & ideo illius beneficia non cenſebun-
tur reſeruata, quia deficit qualitas commẽſalitatis,
licet illa familiaritatis adſit: an tamen in cauſa tũc
occurrenti, recte conſuluerit, infra dicetur.

Pro clara autem prædictorum intelligentia,
Quæro

11 Quæro in primis, † an familiares familiarium, [d]
d qui expensas cibi, & potus habent a Papa, vel Cardinalibus, includantur sub huiusmodi reseruatione? & per multa ostendit Salicet. in l.2. in fi. C. de episcop. & cleric. quòd includuntur. Nec obstat, quod socius mei socij, non est socius meus. l. nam & socius. ff. pro socio, quia, vt dictum est, societas consensu contrahitur, qui consensus ad alias personas licet non extendatur. l. qui admittitur. ff. pro socio. l. si vnus. §. an omnia. ff. de pact. tamen cum ex isto consensu tacite dependeat, quòd ego te in familiarem meum cum vno familiari, vel duobus, vel pluribus admiserim, cum omnibus expensis cibi, & potus, nulli debet esse dubium, quin omnes mei commensales dicantur, & etiam familiares, dum mihi famulantur, qui vno, & pluribus famulis indigeo, cum verba secundum qualitatem personarum intelligenda sint, l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. & aliæ expensæ præstandæ sunt nobilibus, aliæ inferioribus, vt per glo. in verbo, cibarijs, in l. seruis Vrbanis. ff. de leg. 3. & in lege idemque. §. idem Labeo, in verbo, eum oportere. ff. mandat. & plene per Felin. in c. cum omnes, in 18. col. in glo. pen. de constitut:

12 Secundo quæro, quando † absentes [e] possint di
e ci familiares, & continui commensales? Responde, quod dicuntur commensales continui, qui pro negotijs domini animo redeundi se absentãt iuxta text. in d. c. fi. ad fin. de verbor. sign. in sexto, quem text. glo. fin. ibi ampliat post Archid. & alij sequuntur,
13 etiamsi pro † suis negocijs se absentent. Docto. ve-

rò ampliant,etiam si expensis suis viuant: quia ciuiliter verba intelligenda sunt, secundum glos.ibi per l.si cui,ff.de serui.& c.nunquam,de consecrat.
14 dist.5.& quia quis † dicitur ibi esse, vbi amat, id est,quo rediturus est,non autem vbi animat,id est, vbi de persona reperitur, prout vult. §. pauonum, Instit.de rerum diuis.ita dicit Bald.in Authen. habita,colum.4.C.ne fil.pro patr. & in proposito, est text.in c.præsenti,de præbend.in 6.
15 Sed hic quæritur: Aliquis absentatur † pro negocijs proprijs, nec apparet an animo redeundi se absentauerit, quo animo præsumetur illius absentia? & si animo redeundi, quamdiu præsumetur iste animus? Bart.in l.aut facta.§.tempus. ff.de pœnis, versicul. circa primum, format huiusmodi quæstionem in scholare, qui ex forma statuti debet tractari vt ciuis, is se absentauit a loco studij, quid erit iudicandum de eo? Et respondet, quòd in dubio præsumetur,quòd animo redeundi discesserit,nec animi mutatio præsumetur,nisi quinquénium intercesserit,per l.2. de primicerio, & l.3.C. de domesti.& protecto. lib.12. Sed in terminis, de quibus agitur glo.Ioan.Andr.in d.c.fin. in glo.fi.de verbor.sign.lib.6.dum allegat.l.si longius.ff.de iudic.innuit,quòd ex longa mora,vel breui iudicandum est,Domin.& Philip.in d.c.in vlt.not.per tex. iuncta gloss.dicunt, ibi esse tex.quòd qui abest animo redeundi per modicum tempus, dicitur continuo in loco manere,Bonifac.de Vitalin.in clementina fin.de celebratione Missæ, in septimo notab. dicit, quòd optimum est articulare, & probare,

quòd

quòd ille qui se absentauit, sæpe negocijs suis, & aliorum negotijs non implicuit, & quòd tempore absentiæ suæ se pro familiari Papæ, vel Cardinalis gessit: & quòd ab omnibus ita reputabatur, & ꝙ semper dicebatur, se rediturum ad seruitia Papæ,
16 vel Cardinalis. Nec † obstat text. in d. l. 2. de primice. & l. 3. de domest. & protect. quia referunt casus, in quibus ita limitatum est tempus, cum in alijs alia forma sit data, vt dicit glo. in dicta l. tertia. C. de domest. & protect. & vt dicit Ioan. Andr. quem alij sequuntur in dicto capit. fin. de verbor. signific. libro 6. aliter enim dictis legibus capiuntur domestici, aliter capiuntur familiares in d. c. fin. vnde ex dictis ll. non bene ad præsentem materiam argueretur. Ideo melior videtur doctrina Bartol. in d. §. tempus, vt relinquatur iudicis arbitrio quan
17 to † tempore animi immutatio de non redeundo præsumatur, prout clare probat text. in l. 3. §. fin. ff. de re militari.
18 Tertiò quæro, Cardinalis vni † suo familiari dedit licentiam vt iret ad studium, in quo viuebat
f suis [f] expensis, an iste includatur in reseruatione? Calderin. consil. 8. de offic. lega. plurimum laborat quòd absens gratia studij, dicatur familiaris, & cõtinuus commensalis, per tex. in d. c. fin. ad fin. iuncta glo. de verborum significatio. libro 6. Nam sine dubio absentes pro proprijs negocijs, communiter viuunt suis expensis, & non Domini: & tamen text. iuncta glo. fina. hos appellari continuos commensales dicit. Et ex hoc infertur, quòd ille text. procedit etiam, vbi est diutina absentia ex permissione

19 sione Domini: nam † ad perficiendum studium iuris communis, secundum §. pœnis, in prooem. ff.or.requiritur quinquennium, iuris vero Canonici septennium.c.cum ex eo,de electio.in sexto.Sed hodie in vtroque iure propter glosas,& auctorum multitudinem requiritur septennium, vt declarat Cardin.Florent.in capit.ex litteris.§.nos autem, in 12.not.de in integ.restit.Et secundum hanc opinionem oportet intelligere quæstionem præcedentē, vbi nec expresse, nec tacite pro absentia concessio
20 non apparet,quia in claris † non est opus coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.
21 Quarto quæritur etiam, si † aliquis sit Vicarius Cardinalis in aliquo eius Episcopatu,vel Abbatia, & pro expensis & salario illi soluitur certum stipēdium,nunquid iste dicetur familiaris, & cōtinuus cōmensalis, vt includatur in reseruatione? de isto casu quia in Rota contigit, facta est distinctio, an ille,qui mittebatur Vicarius, erat ex familiaribus, & continuis cōmensalibus Cardinalis,& includatur. vel erat electus Vicarius cum illa mercede, & tunc non iudicaretur illius continuus commensalis, qui nunquam cum illius familia comederat.
22 Quinto quæritur, † quid si aliquis non integras expensas habet a Cardinali,vel a Papa, cuius est familiaris, immo aliquid contribuit pro expensis, quid iuris? Calder.in d.consil.8.de offic.leg. ad fi. ea est in opinione, quòd cōmensalis continuus iudicandus est,secundum consuetudinem loci,& patrisfamilias.l.vel vniuersorum.ff.de pign.act. l.qui semissos.ff.de vsufruct.& facit id quod dicimus de

aq.æstiu.

aq.æſtiu. & hiem. ſecundum conſuetudinem patrisfamilias,vt l. 1.§. æſtiua, & §. quod autem, ff. aq. quotid. & æſtiu. Et ideo quod fortius eſt, exiſtimat etiam eos includi: qui ſecundum conſuetu dinem viuunt ſuis ſumptibus, dummodo familiares, & continui commenſales ita viuentes reputen tur: ſed profecto multum obſtat text. in d.c. fin.de verbo. ſignif. lib.6.ibi ſuis expenſis: quem dicunt Docto. ideo emanaſſe, vt occurreretur fraudibus diuitum, qui viuebant ſuis expenſis, & volebant gaudere priuilegio ibi conceſſo.

23 Sexto quæritur ſi non † viuunt ſimul familiares, ſed vnuſquiſque partem ſuam accipit, vel non accipit, tamen accipere poteſt, vel comedit ſumptibus Cardinalis,viuere tamen extra poteſt,an includatur in reſeruatione? & ſi commenſales intelligun tur ſecundum conſuetudinem patrisfamilias, iux ta conſilium Calderi. clarum eſt, quod illi,qui ac

g cipiunt g partem, dicentur continui commenſales, alij autem dicentur continui commenſales: quia iſta verba ſecundum Doctor. in dict. cap. fin. non requirunt actualitatem, ſed habilitatem, & potentiam comedendi, quemadmodum de aqua quotidiana dicimus. l. 1. §.quod autem.ff.de aqua qnot.& æſtiu. & l. 1.in princip. ff. de flumin.

24 Septimo quæritur, † aliquis receſſit h a Cardi-

h nali, vel Papa non petita licentia, animo amplius non redeũdi,& ſe pro tali in partibus iactat.an hu ius beneficia in reſeruatione includantur? Geminia.in c.fin.de verb.ſignif.lib.6.poſt Paul.de Caſtr. diſtinguit, quod quoad Papam,vel Cardinalem, qui ei

qui ei paratus est omnia exhibere prout consueue rat, non dicatur desinere esse familiaris, & continuus commensalis, argumen. l.si quis legauerit. ff. de condit.& demonstrat. sed quòd ipse priuilegijs familiaritatis vti non potest, cum expresse illi renunciauerit.Phil.vero in dicto capit.fi.putat Geminianum male loqui: nam cum consensu familiaritas contrahatur, renunciatione etiam vnius dissoluitur §.manet,Instit.pro socio. Et ideo dissoluta familiaritate, non potest Geminiani distinctio procedere: & in hac opinione videtur etiam residere Vital.in d.clement.fin.de celebr.Miss.tamen Geminiani opinio vera est. Nam si quis absens renunciauerit societati,donec illam intimauerit,in illius damnum procedit renunciatio,& in vtilitatem alterius durat societas,l si socius.§.absens. ff.pro socio, glo. in d.§.manet,Instit.pro socio: ergo vera est Geminiani,& aliorum distinctio.

25 Octauo quæro, † an dicantur familiares & con
i tinui commensales,qui per litteras [i] solas Papę,vel Cardinalium familiares esse dicuntur? & quoad Papam, cum multi hoc affectent, vt prærogatiuis gaudeant, postea quam supremus Princeps fingere hoc potest: prout dicimus in fictione postliminij l.filio quem pater.ff.de liber.& posthu. & habetur in c.is qui,de spons.isti erunt secundum fictionē, non veritatem familiares, & continui commensales: vt declarat in terminis Pau.de Cast. in consil. 340.incip.præmissis allegationibus,secundum impressionem antiquam: & isti gaudēt priuilegijs veris familiaribus, & continuis cōmensalibus cōcessis,vt

ſis,vt per Abb.in c.ex parte,ad fin.de cler. non reſi den.& per Bal.in l.ſiue poſſidetis,in 1.colum. in 2. quæſt.C.de probat.per Philip. poſt Ioan.And.in c. fin.in 4.colum.in princip.de conſuetudinibus, lib.
26 6.Ideo horum beneficia † includuntur in reſerua-
27 tione,& propterea Petrus de † Anchar. in conſil. 398. firmans opinionem contrariam, non videtur recte loqui,cum Papæ vt ſupra dixi,fingere liceat: & ideo hoc pacto eius beneficia reſeruata erunt.

Si vero Papa non fingit, ſed vult eos facere veros familiares,eorum ſeruitio tantum debetur be-
28 neficium.cap.fi.de reſeruatio.in 6.& nullum † præ ſtans obſequium,non gaudet prærogatiuis,ſeu priuilegijs familiarium,l.ſub prætextu.C.de ſacroſan. eccleſ.l.ſcrinearios. C.de teſtament.milit.& per Felin.in d.c.inſinuante, in 2.colum. de offic.deleg.& in his terminis procederet d.conſilium Petr.de Anchar.398.itaque vult Pau.de Caſt. in dicto conſil. 339.cum conſil.præcedenti,& Cardinal.Floren.loquens de Capellanis Papæ,conſil.126.prope fi.ho-
29 rum † beneficia non eſſe reſeruata aſſerit per Extrauag.Innocent. V. incip. Ad futuram. & Petr.de Anchar.in d.conſil.dicit,quòd Papa, qui dixit beneficia huiuſmodi non ſeruientis, nec ſeruitio apti,in caſu tunc currenti eſſe reſeruata,contra ius & veritatem id dixit.

Et Barbat.conſi.57.in 2.col.& ſeq.in prima par-
30 te vult, quòd clerici † Cameræ, quando ſunt abſentes,non gaudent priuilegijs illorũ Collegio conceſſis, quia non ſeruiunt, & habetur per Felin.in c. per tuas,in fine,de maioritate & obedientia.

Hæc

Hæc multo magis in omnem caſum procedunt
k in familiaribus Cardinalium, [k] cum eis † nullo
31 modo fingere liceat, vt per Abbatem in c.cum dilectus, de cler. non reſiden. & per Felin. in c. noſtra, in 21. corella 15. col. de reſcript.

32 Opinio tamen † Cardinal. & Petri de Anchar. quoad reſeruationem, niſi per extrauagantẽ Innocent. V. allegatam per Cardinalem ſit ita deciſum (quam non inuenio) non videtur vera.

33 Quoniam qui ſua † culpa excluſus eſt a priuilegijs familiarium, non tamen cenſetur excluſus ab oneribus annexis familiaribus alienum commodũ concernentibus, prout eſt quod eorum beneficia ſint reſeruata, probatur ex his quæ vult Bartol. in l. 1. C. de infamibus, & in l. 1. penult. colum. C. de
34 dignitat. lib. 12. quod excluſus † ab honoribus publicis, prout eſt infamis, non intelligatur excluſus quoad eius onus & incommodum, ex glo. notabili in l. 2. §. nemo, ff. de capitis diminu. prout
35 etiam dicimus de bannito, qui deſinit eſſe ciuis, tamen hoc intelligitur quoad eius commodum, ſecus quoad onus: & probatur in l. ſi quis ſolum, ff. hæredit. inſtitu. cum multis, de quibus per Mod. in rubr. ff. de iuſt. & iur. in vlt. col. Secundo, cum per Papam, aut Cardinalem nullo modo ſtet quin ſint in ſeruitio, & ſemper ſint parati eos recipere: ergo quoad Papam, & Cardinales habebuntur pro familiaribus, argument. l. ſi quis legauerit, ff. de conditio. & demonſtratio. Tertio, hoc vult expreſſe Dom. in c. finali. in vlt. colum. de verbor. ſign. lib. 6. vt ſcilicet familiares abſentes ſine culpa Car-

Cardi. & vagantes quoad indultũ eis concessum, includantur, licet quoad vtilitatem ipsorum familiarium penitus sint exclusi: & secundum istam distinctionem inter vtilitates familiarium, & incommoda, vidi iudicari in Rota.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Ambarum. *sequitur Gambara statim indicandus*
36 *num.* 151. *quod intellige* † *in odiosis, vt per* Aegid. *consil.* 20. *& tradit idem Gambara de lega. lib.* 3. *num.* 147. *fol.* 75. *& tractatur tota in quæst.*

b Dicuntur. *vide Mandos. in* 18. *q.* 3. *reg. Cancell. in* 2. *edit. & in* 10. *q.* 32. *regul. & Gamb. loco prætacto.*

c Societas. *c. sicuti de verborum signific. Anchar. cõsil.* 398. *Gambara ibidem nu.* 172. *fol.* 66. *Mand.* 14. *q.* 3. *reg. num.* 3.

d Familiarium. *sequitur Aene. de Falcon. hoc tract. quæst.* 4. *princip. effect.* 30. *Mandos.* 16. *quæst.* 3. *regul. Menoch. de arbitr. iud. cas.* 201. *num.* 170. *ibi,* est ratio, quia & illud reseruatum dicitur. *vbi nu-*
37 *me.* 121. *extendit etiam* † *in subfamiliare ignorante & absente et vid. Gambaram loco iam dicto, nu.* 154. *cum præcedentibus ad* 139. *v que.*

e Absentes. *conferunt dicta per Petr. Andr. Gambar. d. tract. de legato. libro* 5. *num.* 130. *fol.* 152. *Et Mandos. in* 16. *q. reg.* 32. *Cancell.*

f Suis expensis. *de Calderino pariter non fuit oblitus Gambara, qui istum sequitur, de legato, lib.* 5. *nu.* 136. *fol.* 153.

g Accipiunt. *etiam extra* † *domum, dummodo in do-*

in domo inseruiant, Gomes. in regul. de impetrant. per obit. famil. q. 13. cui aßentit Menoch. de arbitr. iud. d. cas. 201. num. 119.

39 h Recessit. *quodque † ex quacunque causa si familiaris recedat, beneficia reseruata remanent Menoch. ibid. num. 115. qua de re vid. Mandos. in 13. q. 32. reg. Cancell. num. 14.*

i Litteras. *vid. in quæst. seq. num. 6. & conseqq.*

k Cardinalium. *dixi ad sequent. quæstio. numero 11. & 12.*

Quærere de aliquibus futile haud nobis videtur, et
40 *primo, Vtrum si mortis tempore † familiaris quis esse desiit, eius beneficia nihilominus reseruata remaneant? Mohedan. decis. 233. inc. Imperatori, vel Regi, firmat Extrauagantem Benedicti fuisse sæpius in Rota interpetratam, & intellectam de beneficijs familiarium, qui in familiaritate decesserunt, non autem de illorum beneficijs, qui tempore obitus familiares eße*
41 *desierunt: nam qualitas † adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi, l. in delictis, §. extraneus, ff. de noxal. l. Titius, ff. de testamen. milit.*

Cæterum Rota contrarium docet in decis. 20. de præbend. in antiquioribus, ita concludunt Gambar. de lega. lib. 3. num. 132. iuncto præced. fol. 74. Gomes. in reg. de impet. per obit. famil. Cardin. q. 18. versic. & licet Geminian. Menoch. de arbitr. iudic. d. cas. 201. num. 113. & seq. addimus & Mandos. in 14. q. 3. reg. Cancell. Omnisque hodie cessat difficultas per 3. regul. Sanctiß. D. Nostri Gregorii XIII. Pontifi. Opt. Max. hanc particulam habentem, scilicet, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorun-

eorundem vel alias recesserint. *comprobat Rebuff. in add. ad 3. regul. Cancell. versic. & in posterum, ibi, sed verba sequentia.*

Et quamuis dici posset, Mohedan. loqui in familiaribus Papæ, cæteros autem de familiaribus Cardinalium, in quibus cadit regula: Tamen Gambara loco prædicto pariter de Papæ familiaribus verba facit. cogita nihilominus pro concordia. Nam extra Rotam tu scis Decision. illius non esse nisi magistrales, prout nos probasse credimus illo in Theorematum libro, qui nobis imprudentibus, & inuitis excidit, & in manus hominum peruenit teorem. 8. num. 20. traditque Io. Bapt. Ferret. consil. 52. Dominus Antonius. num. 5. lib. 1. vbi de communi testatur, & illum sequitur Lancello. de attent. 2. part cap. 20. limit. 1. num. 2. fol. 423. dictisque in locis Mandos. & Menoch. alias quæstiones ad rem subiungunt.

42 *Secundo quæro, si familiaris † vnum obtinet beneficium quod amittit, aliudque optat, vtrum dimissum sit optatum, vel potius reseruatum? Cardinal. consil. 126. incip. Vacarunt, in fin. concludit optatum reseruatum esse. quem Rebuff. sequitur in addit. ad 3. reg. Cancell. ver. obtinet, fol. 442.*

43 *Tertio, Familiaris † acceptauit vigore gratiæ expectatiuæ beneficium, postea mortuus est, an inducatur reseruatio? vid. Mandosi. 13. quæstion. regula 3. Cancellar.*

44 *Quarto, An prima, † vel secunda familiaritas attendenda sit circa consensum Cardinalis in reseruatione? vid. Pute. decisio. 226. Bernardinus de Grassis libro 3.*

45 Quin

45 *Quinto, Num familiaris † canonicatus de iurepatronatus reseruatus dicatur? Pute. ad eas in decis. 308 Clemens VII. eod. lib. 3.*

46 *Tandem nota, quod ob Papæ reuerentiam numquã venit reseruatio ex familiaritate, nisi peculiari expressione dilucidetur, dato etiam, quod particulæ prægnantes sint, vt per eundem Pute. decis. 444. Clausulæ generales. lib. 1. & qui dicantur veri familiares ad effectũ vt excipiantur a concordatis Germaniæ posuit idẽ Simonetta in eius decis. 12. quia in concordatis. qui in decis. 23. incip. In eadem causa, quærit an familiaritas mendicata per litteras inducat reseruationem? & in decis. 24. incip. coram Domino Ludouico Gomesio ostendit conclusum quod Cardinales licet dicantur Papæ familiares, non tamen dicuntur continui commensales, vt propterea includantur sub regula. immo Cardinales habentes indulta, possunt conferre beneficia vacantia per obitum Cardinalium.*

Familiaritas per impetrantem nunquid adducenda? & an postea probanda? & quo modo?

SVMMARIA.

1 *Impetrans narrare debet beneficium vacare per mortem familiaris, alioquin gratia est subreptitia, & num. 3. in fin. & an de affectione sit facienda mentio? vel de vnione facta per familiarem? d. num. 1.*

2 *Familiaritas est probanda, & quare?*

3 *Familiaritatem non nisi vtriusq. consensus inducit.*

4 Fa-

4 *Familiaritas semel probata, semper durare præsumitur, nisi de contrario doceatur.*
5 *Familiaritas an & quando plene probanda?*
6 *Familiaritas an probetur.*
Pontificis assertione? ibidem.
Eiusdem narratione in facto alieno motu proprio? num. 10.
Cardinalis dicto, vel scripto? num. 11.
Legati de latere nominatione? num. 14.
Ex rotulo, iuncta Ratiocinatoris comprobatione? numero 15.
Atque ex vno teste, & alijs de communi reputatione, cũ Papæ, & Cardinalis collationibus? nu. 16.
7 *Anchar. consi. 398. aliorumque iura concordantur*
8 *Clement. 1. de probation. materia per quos plene tractetur?*
9 *Principis verbis enunciatiuis an credatur remissiue?*
12 *Mohedan decis. 30. declaratur.*
13 *Marij Gabrielij Aduocati Consistorialis mentio.*

QVÆST. XXXVI.

QVæstio hæc tres dubitationes continet: Idcirco quoad primam respondemus, Impe-
1 trantem narrare † omnino debere quemadmodum beneficium vacat per Summi Pontificis familiaris, vel Cardinalis mortem, alioquin gratia subreptitia erit, Rota decisione 16. alias 721. incipiente. Nota quòd vbi Dominus, de præbend. in antiquis. Feli. in capitulo, in nostra, numero 20. de rescript. Mant. in capitulo, ad aures, nume. 17. in fin.

in fin. eod.tit. cum alijs de quibus per D.Menoch. articulum octo cum extensionibus,& quinque declarationibus explicantem,de arbitr.iud. caſ.201. a num.11v.vſque ad 128. addimus Mohedan. deciſ.129.Parochialis Valent,num.2. in fin. ibi, quia impetrans beneficium reſeruatum,vel affectum, tenetur facere mentionem de reſeruatione, vel affectione. An autem ſi Papæ familiaris reſignauit beneficium vnitum, ſi non ſit facta mentio reſeruationis,valeat prouiſio? vid.Rebuff.in prax.benefic.tit. de reſeruatione, nu.4.ver.ſi tamen familiaris. bene verum eſt quòd de Cardinalis familiaritate mentio aliqua habenda non eſt,quando concurrit cum familiaritate Papæ,puta accolitatus vel prothonotariatus per rationem poſitam ab eodem Simonetta deciſ.22. Incip. Gram. Martino in vna Ceſenaten. præpoſituræ.

2 Circa ſecundam,aſſerimus familiaritatem † nequaquam præſumi,niſi probetur.l.quæcunque.§.fi. ff.de publician. Gomeſ. in reg. de impetr. per obitum famil.Card.q.13.verſi.tamen eſt aduertendũ, ratio apparet in promptu; quoniam illa quid facti dicitur, (exploratum cum ſit,neminem familiarem
3 naſci,poſteaquam ad ipſam familiaritatem † inducendam conſenſus vtriuſque requiritur, vt per D. Simonettam quæſtio.prox.præced.nu.5.11. & alibi,& per Gambar.tract.de legat.lib.3. nu.172.fol. 76.) & facta non præſumuntur, niſi probatio afferatur.l.in bello.§.factę.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ. ita vt iudici conſtet. Bartol.ample conſil.192. Cariſſime. In terminis Oldrad. conſilio 108. Bellamer,

mer.consi. 19.vterque in princip.Gomes.loco iam adducto.Gambara de legato,libro 5.num.134.fol. 152.Pute.decis.277.incip.acceptans,ibi, nec verificata narratiua familiaritatis, lib.2. quo loci pariter subdit,quòd nisi talis narratiua verificetur,gratia vitiatur.Mohedan.decis.30.incip.Io.Lopez,ibi, quæ familiaritas non fuit probata. Intelligendo semper illum probare familiaritatem regulariter debere,qui in ipsa basim intentionis figit, vulg.l.ei qui,& l.ab ea parte.ff.de probat.diserte Anton.Gabriel.de probat.conclu.6. facit Mandos.reg.19. de infir. quæst.6. & alibi sæpe.

4 Verum enimuero probata † semel familiaritate, vel (vt cum alijs non latine dicam) commensalitate, semper durare præsumitur quoad de contrario doceatur, Gomes.prætacto in loco, vers. Est tamen verum.

Ingredimur tertiam dubitationem,affirmantes:
5 hanc † eandem familiaritatem plene probandam fore, quando scilicet de excludendo aliquem ad præcedentiæ,seu prærogatiuæ effectum agitur,Gomes.d.reg.de impetr.benefi.per obitum famil. Cardin.d.quæst.13. & versic. tamen est aduertendum, ibi,& talis probatio.Secus autem esset, si de expediendo diploma.gratis tractaretur, tũc nempe probatio adeo exacta non requireretur,quin Cardinalis fides non satis esset,ibi versic.vbi vero,& cõfert decis.Mohedan.de qua infra num.15.

6 Fatemur tamen † illam per Pontificis assertionem,ad tertij etiam præiudicium probari,dummodo talem eius familiarẽ certo exprimat, prout Go-

mes.dicto in loco testatur, ex clem. vnica, de prob. itaque per Rotam alias iudicatum esse ostendit, in versic. secus vero in Papa, & proxima præcedenti quæst. dictum est, nu. 25. cum seqq. Addimus adeo prædicta procedere, vt si Papa motu proprio, & ex certa scientia declarauerit B. familiarem suum vere, & non ficte, cum clausula sublata, non admittantur articuli ad probandum contrarium. ex ratione: quoniam Papæ attestatio de facto proprio, probationem in contrarium non admittit Caputaquens. decis. 386. in vna Oscen. lib. 1.

7 Quæ plane opinio licet † Ancharani consi. 398. incipien. præmitto, ad fin. obsistat, necnon Vitalini Theoricæ in ead. Clemen. num. 27. & seq. de proba. atque Felin. in c. aliquando, colum. 1. de senten. excommunic. plerisque alijs.

Veritas nihilominus hac ex distinctione oritur, nempe, Papæ narrationi, quæ principaliter in facto eius proprio fundamentum iacit, adeo credi, vt in contrarium probatio minime admittatur, aliter autem erit, si alicuius hominis factum tãgeret, vel enunciatiue emanaret. ita post Roman. consilio 180. sub nu. 3. in terminis Gabriel, & Mandos. qui
8 ad Clementinam † prætactam locupletem dotem conficiunt, ille de probatio. concl. 2. nu. præsertim 3. hic vero ad Lap. allegat. 7. 1. addit. limitat. 4. ibi. Infero nunc ex præmissis, iuncto princ. & relatiue per Gamba. de legat. lib. 5. num. 137. fol. 153. optime comprobat Mohedan. decis. 27. incip. Io. Franciscus, de quibus pariter Principis enunciatiuis
9 † verbis Mandos. Filius sermonem habuit ad Rom. consi.

consi. 191. addit. 1. addimus & nos Puteum, distinctionem hanc præclare approbantem, decis. 245. ncip. die 17. Ianuarij, num. 2. lib. 1. quem vide in decis. adhuc 129. Quod non stetur, lib. 1.

Quid autem, † si narratio huiusmodi motu pro rio, atque ex certa facti alieni scientia emissa referiretur? Puteum cernito decis. 323. In vna Brito orien. in fin. lib. secundo, firmantem legitime probare quoad de contrario doctum appareat, qui Rotam illud statuisse aperit, decisio. 101. die prima Februarij. 1548. libro 3.

Rursus familiaritatem † ex Cardinalis scripto, vel dicto haudquaquam probari, quamuis Mohedan. admiserit, per Alexandri regulam omnes sub familiaritatis titulo expeditiones irritantem, si ficte & non vere familiares sint, in eius prædicta de. 1. 30. Ioannes Lopez. quem Auctor sequitur Quæst. præced. num. 31. Illam sane intelligimus † quando e excludendo tertio (vt paulo ante dictum est) agi ur, non autem si de expediendis diplomatibus gra s tractetur, tunc enim Cardinalis fidem sufficere omes. loco supra adducto apte verbis hanc sententiam conclusit: quem referendo sequitur. noter ille lydius lapis Anton. Gabriel. de probat. con us. 5. limit. 6. num. 19. cuius probitatis, eminentisque doctrinæ effigiem, hodie filium habemus excellentiss. Marium † Gabriel. Consistorialem Aduotum, omni pietate ornatiss. & vide infra num. 15.

Prout præsumptiue eandem probari ex Legati de latere nominatione motu proprio facta, donec de contrario constet, scriptum reliquit Petrus

Andr.Gambara in tract.de legat.libro 3.num.135. fol.153. per c.nobilissimus. 96.distinct. & Calderin.consilio 8. de offic.legat.

15 Ita etiam ex † Rotulo (vt dicunt) iuncta Ratiocinatoris comprobatione familiaritatem perspicuã reddi Puteus affirmat, decis.411.Ioannes de Vergara num.1.lib.1.Rotulus quippe solus non sufficeret, Mohedan. decisio.90. Lunensis Archidiaconatus. ibi, nec etiam per Rotulum probatur: quia plures sunt scripti qui non sunt familiares, sed tãtum scribuntur pro expeditione facienda gratis.

Postremo (vt reliquas missas faciamus, quas prę cedenti ex quęstione, atque omnium præsertim ad regulam iam relatam de impetrat. per obitum famil. Cardin. Commentarijs, nullo labore seligere

16 vales) per vnum testem † semiplenam fidem adducentem, perquè testes de reputatione communi, & Papæ, nec non Cardinalis, in eorum collationibus aliquem familiarem appellantium, testimonia, familiaritatem probari plusquam pro comperto est, Puteo eodem teste, decis.134. incip. eadem die 13. Iunij, lib.3. Item illam per testes verificari, dicentes, quòd Cardinalis dabat victum & vestitũ quot annis tali, prout & alijs dabat, qui in tinello non comedebant. Item ex publica voce, & fama dixit alias Rota in vna Abuleñ Parochialis coram Peregrino Fabio Episcopo Vestano, eodemmet Peregrino teste in decisione 53. incipiente, in vna Abuleñ. Paulus Grannucius.

Capel-

Capellanorum beneficia an ſint reſeruata?

SVMMARIA.

1 *Capellanorum beneficia reſeruari ſolent.*
2 *Capellani Papæ an ſint illius familiares?*
3 *Capellani non ſeruientes an gaudeant priuilegijs?*
4 *Capellanus deſcriptus non excuſatur à reſidentia, niſi actualiter ſeruiat.*
5 *Capellanorum beneficia eſſe reſeruata quomodo intelligatur?*
6 *Capellanorum reſeruatio quomodo erat tempore Clementis V.*
7 *Affectio temporibus Clementis V. an durauerit in beneficijs Capellanorum reſeruatis?*

QVÆST. XXXVII.

1 Reſeruantur etiam beneficia Capellanorum † Papæ, per Extrauag. Ad regimen, quæ innouari ſolet per modernos Pontifices.

2 Capellani Papæ † ſunt eiuſdem Papæ familiares, & multa habent priuilegia, de quibus meminit Paulus de Caſtro, conſi. 338. in 3. colum. in verſi. & eſt verum, ſecundum impreſſionem antiquam, &
3 horum ſunt beneficia reſeruata, ſed non omnia, † at eorum tantum, qui ſeruiunt, & propterea gaudent priuilegijs, vt per Cardin. conſilio 126. in vltima columna, quod an verum ſit ſupra tetigi, vbi loquor de familiaribus non ſeruientibus. Et quòd

3 Capellani † non seruientes [b], non gaudent priui-
b legijs, firmat etiam Petr. de Anchar. consil. 235. incip. primo inquirendum est: vbi consuluit, quòd
4 † descriptus in Capellanum Papæ, non excusatur à residentia, nisi actualiter Papæ deseruiat.
5 Est etiam sciendum, quòd beneficia † Capella-
c norum sunt reseruata quæ habuerunt tempore [c] capellaniæ, licet postea Capellani esse desierint: per ea quæ late supra dicta sunt de Collectoribus, & Subcollectoribus, ex quo beneficium semel affectum durat semper affectum, vt patet per decisio. vbi supra adductas, & Extrauag. Pauli II. de affectis loquentem. Thom. tamen Fasto. dub. Rot. 53. refert Aegid. tenuisse contrarium, vt horum beneficia censeantur reseruata, si tempore vacationis erant Capellani, & non aliter. Addit, quòd hoc po-
6 tissime tenebat Aegid. quia reseruatio † beneficiorum Capellanorum, quæ illis temporibus vigebat, erat, Clem. 5. quę expresse reseruabat beneficia Capellanorum cedentium, vel decedentium: quæ qualitas cum non interuenerit tempore vacationis, cessabat reseruatio. Et hoc tantum casu potest dictum Aegid. & Fastol. procedere: alioquin ex abunde supradictis nõ est verum. Sed vt arbitror,
7 illis † temporibus in reseruatione beneficiorũ Capellanorum non durabat affectio: quemadmodum clare percipitur ex his quæ refert idem Thom. Fastol. dub. Rot. 11. vbi concludit quòd reseruatio beneficiorum Capellanorum Papæ expirabat morte Papæ, nisi verba reseruationis innuerent quòd reseruatio erat facta Sedi Apostolicæ, iuxta capit. si

gratio-

gratiose, de rescript. in sexto, quæ inuestigatio non esset necessaria, vbi affectio duraret.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Omnium. *quorum appellatione qui comprehendantur, vide per Mandos. 5. q. 1. reg. Cancell. num. 7.*

b Non seruientes. *Ad eas Mandos. d. 1. reg. quæstio. 6. numero 13.*

c Tempore. *conferunt dicta per nos supra quæstione 34.*

Capellania honoris qualiter probetur?

SVMMARIA.

1 *Capellania honoris an per testes probetur?*
2 *Testes dicentes vidisse Titium ferre habitum Capellani, an probent illum Capellanum?*
3 *Capellania inductiua reseruationis, an probetur publica voce & fama? intellige vt num. 4.*
5 *Capellania an probetur supplicatione aduersarij fatentis illum esse Capellanum?*

QVAEST. XXXIIII.

1 Capellania honoris, seu Prothonotariatus † nõ probatur per testes; quia de ea cõmuniter solet

let fieri scriptura, & de facili haberi potest, ideo hoc casu probatio per testes videtur calumniosa, ita Aegidius decisione 432. & 610. nec etiam
2 probaretur per † testes, qui dicerent eum vi-
a disse portare habitum [a], quia quasi possessio in his, quæ conceduntur ex solius principis priuilegio, nil operatur, ita Aegid. decis. 433. Idem
3 vero decis. 611. dicit †, quòd Capellania inductiua reseruationis de beneficio, non probatur per communem reputationem; nec quasi possessionem, sed requiritur habitus: idem est, quo-
4 ad effectum adiudicationis. sed ad † effectum absolutoriæ bene probaretur. idem Aegid. de-
5 cis. 596. dicit, † quòd Capellania probatur ex
b supplicatione [b] aduersarii, in qua impetraret beneficium per obitum Titij, quem narrat fuisse Capellanum.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Habitum. *vid. in simili Pute. decis. 136. In vna Calaguritana, lib. 1.*

b Supplicatione. *facit Pute. decis. 325. In vna Salamantina; lib. 2. dicens: narratiuam factam in supplicatione coram Papa nocere, vid. & Mandos. ad Roman. consil. 23. in addit. ibi, & impetrans rescriptum, fuse pariter nos dixisse arbitramur in Theorem. 12. & est decis. Caputaquens. in impressis. 190. numero tertio par. prima.*

Episco-

Episcopatus, Monasteria, & beneficia Officialium Romanæ Curiæ an sint reseruata?

SVMMARIA.

1 *Episcopatus & Monasteria sunt reseruata.*
2 *Eligentes, vel postulantes non obstantibus regulis reseruationum sunt in latissima culpa.*
3 *Officialium Romanæ Curiæ beneficia sunt reseruata.*
4 *Beneficia Abbreuiatorũ de minori an sint reseruata?*

QVÆST. XXXIX.

1 HOdie etiam per regulas, Episcopatus, † & Monasteria reseruata sunt, vt patet ex secunda regula, de qua meminit Cardinalis consi. 5. vbi vult,
2 quòd qui † procedunt ad electiones, & postulationes non obstantibus regulis reseruationum sunt in latissima culpa. l. leges, & lege tertia. C. de legibus, & non sunt sine dolo qui rei ad alium pertinenti, se immiscent. l. cum quærebatur. C. vnde vi. Reser-
3 uata etiam sunt beneficia † Officialium [a] Roman.
a Cur. vt per Extrauag. Ad regimen, innouatam in prima regula, & patet ex alijs regulis, vt meminit Cardin. Flor. consilio. 33.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Officialium. *vide Rebuff. in prax. tit. de reseruat.*

uat. num. 3. & Mandos. in 14. quæst. regul. 32. Cancell. num. 6.

4 An autem beneficia † Abbreuiatorum de minori sint per hanc Extrauag. Ad regimen, reseruata? pro affirmatiua vid. Pute. decis. 240. Die 13. Ianuarij: & decis. 263. Die 10. Februarij, lib. 1.

Agenti spolio an obstet reseruatio.

SVMMARIA.

1 Agenti spolio in beneficialibus, obstat reseruatio. & quare? vsque ad num. 4. & num. 14.

2 Decretum irritans in reseruatione positum, inficit titulum, & possessionem.

3 Possessio obtenta contra reseruationem non tribuit ius, nec est restituibilis.

5 Spolio obstare reseruationem ampliatur, & limitatur multis modis, remissiue.

6 Spoliatus si reseruationi innititur, an spoliatori reseruatio obstet? distingue vt hic.

7 Specialis reseruatio semper derogat generali, non e contra.

8 Reseruatiuus, qui propria auctoritate possessionem cœpit, an puniendus?

9 Reseruatio an impediat agentem spolio contra tertium? & num. 11.

10 Exceptio renunciationis beneficij obstat agenti spolio, si ille in cuius fauorem renunciatum est excipiat?

12 Reseruatiuus si lite pendente spoliauit, qua via spolia-

spoliato succuratur? & an sequestrum decernatur? num.. 13.

QVAEST. XL.

AGenti spolio in beneficialibus, obstat [a] † reseruatio propter decretum in ea positum,
1 quod inficit † titulum & possessionem, c. vt nostrâ de app. c. si eo tempore, de electio. in 6. vnde ob-
2 tenta † possessio contra reseruationem, est meri facti, & caret omni effectu, & est sine vllo iuris ad-
3 miniculo, propterea non est restituibilis: & quia ex reseruatione † clare constat de iure actoris, ideo
4 merito debet repelli. ita concludit Rot. decis. 3. de restitutione spol. in nou. contra quas rationes multum insurgit Collector decisionis, & Aretin. fundamentis. Ro. aliter respondet in l. naturaliter, §. nihil cõmune, in pen. col. ff. de acq. poss. tamen a conclus. Rotæ non discedas, quã tuetur ab impugnantib. Soc. in l. rẽ quę nobis, in quęs. princ. ff. de acquir. poss. & Rot. argumenta optime declarat in consil. 67. ad fin. in 2. vol. quam cõclusionem am
5 plia, † declara, & limita, vt dixi vbi egi de spolio, sub Rub. quæ petenti se restitui obstent.

Sed vltra ea, quæ tibi dixi, est aduertendum,
6 quia decisio excipit casum nisi spoliatus † reseruationi etiam innitatur: quia tunc spoliatori reseruatio non suffragaretur. Quomodo hoc procedat, multi sunt considerandi casus qui possunt contingere: Primo namque, aut speciali reseruationi de certis beneficijs vacaturis vterq. innititur: & tunc cum posterior primam tollat, clare ob-

ſtaret reſeruatio. Secundo aut eſt facta de certis beneficijs vacantibus cum promotione, & tunc prima impedit clare ſecundam iuxta textum in c. duobus de reſcriptis in 6. ideo ſecunda non obſtabit. Aut eſt reſeruatio generalis, & in ea etiam prioritatis, & poſterioritatis ſimilis conſideratio cadet. Generalis tamen ex ſui natura ſaltem cum probationes requirat, non impediet reſtitutionem, vt dicit dicta deciſio: Aut alter habet ſpecialem, alter vero generalem: & tunc ſi prioritatem vel poſterioritatem attendas, ſimiliter obſtaret, quia per vnam apparet ſemper impediri effectum alterius. Aduertendum tamen quod ſpecialis † ſemper derogat generali, & generalis non e conuerſo, vt in c. dudum, de præbend. in 6. & in regula generi per ſpeciem, de regul. iur. in 6. Ex prædictis apparet quod aperte ſemper conſtat ex productione reſeruationum, quod vna locum habet alia excluſa, ſi inſpiciantur.

Aduertendum eſt ad id, quod dicit ibi Collector, quod licet agenti ſpolio obſtet reſeruatio, ta-
8 men reſeruatiuus qui propria auctoritate poſſeſſionem cœpit, actum certe illicitum fecit, licet forſan non inciderit in pœnam, cap. eum qui, §. primo, ſecundum diuerſas opiniones, de quibus ibi per Doctor. de præbend. in 6. vnde videtur quod iſte reſeruatiuus eſſet puniendus iuxta deci. vltimam de cauſ. poſſeſſ. & propriet.

9 Eſt aduertendum vtrum reſeruatio † impediat agentem ſpolio non contra reſeruatarium, ſed contra tertium, qui eum ſpoliauit, & eius poſſeſſionem

carere

carere iuris effectu dicatur, & non habere coloratum titulum propter reseruationem? & in hoc casu arbitror quod nō, ex eo, quod dicimus in simili,
10 vt exceptio † renunciationis beneficij obstet agenti spolio; si ille in cuius fauorem renunciatum est, de illa excipit, quasi omnem iuris possessionem amiserit, secundum decisionem quartam, de renun
11 ciat. in nou. Secus † si tertius, quia contra eam debet restitui: & ita intelligitur prima decisio, de renuncia. in nou. quæ alias videntur contrariæ: & ita in Rota practicatur, sed contrarium tenet Abb. in cap. litteris, ad finem de restitut. spoliat. vbi probat, quod spoliator potest dare de reseruatione competenti tertio, ad excludendum agentem spolio, est aduertendum, quod licet reserua-
12 tio impediat restitutionem, tamen si reseruatiuus † lite pendente spoliaret, tunc spoliato officio iudicis, non remedio aliquo possessorio esset subueniēdum, ita Rot. decis. 12. de caus. possess. & proprietat. & decis. 2 de restitut. spoliat. in nou. Auditores autem si casus huiusmodi contingat, cum
13 possessiones hinc inde sint illicitæ, solent † ex officio possessionem sequestrare, deinde in petitorio procedere.
14 Est aduertendum, quod reseruatio † hoc operatur propter decretum, vt supra dictum est, & multe sunt reseruationes inductæ ex regulis, vt ex eis videri potest, in quibus nullum est decretum,
b [b] & in proem. Regularum hodierni temporis expresse dicitur, quod reseruationes alię sunt cū decreto, aliæ sine decreto, verum in huiusmodi re-
serua-

seruatis, procedat dicta decisi. tertia de restitut. spoliat. in nou.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Obstat. *vid. omnino Gabriel. plene in materia loquentem de restitut. spoliat. conclus. 5. num. 43. cum plur. seqq. Lancell. de attent. 3. part. cap. 24. quæst. 9. titul. de reo excipi. contr. attentat. comp. & in 3. part. cap. 23. quando & intra quod tempus, post Gambar. de legat. lib. 4. num. 129. cum seqq. fol. 109. Pute. decis. 97. Die 13. lib. 3. num. 2. ibique num. 7. de reseruat. generali & speciali. Mohedan. decis. 241. Circa intellectum, fusiss. Mandos. in 3. quæst. 1. reg. Cancell. atque ad Lap. allegat. 23. littera D. vers. re eruatione & rursus alleg. 51. lætatus, item stante. 1. & 2. extremi, quod exceptio reseruationis beneficij, de qua clare non constat, non impediat restitutionem. Caputaquens. decis. 6. incipien. stante probatione libro 1. distribute nempe deinceps loqui hastas pene abijcimus, posteaquam profectionis stimulus nos concitat, ac hæreticorum insidiæ passim nobis parantur.*

b Decretum. *diximus supra q. 18. quibus addimus Cassador. decis. 1. num. 3. de rerum permuta. firmantem sine decreto emanatam reseruationem, ante eius notificationem non afficere, sequitur.* Lancell. *de attentat. 2. part. cap. 12. de attentat. appell. pendente numero 27.*

Expe-

Expectantes nunquid reseruatione impediantur?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio impedit expectantes.*
2 *Romanus reprehenditur vbi per istum, nec non Soc. per Ptolema.num. 5.*
3 *Expectans an acceptare possit beneficia affecta?*
4 *Executor de illis beneficijs prouidere potest, quæ possunt acceptari.*
6 *Expectans sede vacante acceptare non potest.*

QVÆST. XLI.

1 RESeruatio impedit † expectantes, quia benefi-
a cia reseruata non possunt per eos acceptari, [a]
nisi ad reseruata expectatiua concederetur; ita Lu
2 do.† Roman.consi.260. incip. In proposito casu: & hodie est regula 72. & meminit de his Felin. in c.cum ex officio, ad fi.de præscript. & in c.cum,in decimaquinta, colum. in versic. de duabus, ibi,& aduerte, de rescript. & quòd expectantes non possint acceptare reseruatum, facit decis.24. de cons. præbend.in antiq. vbi refert, quendam expectantē obtinuisse prouisionem à Papa, narrato quòd si ei non obstitisset reseruatio, fuisset canonice ab executore prouisum de beneficio; & propterea idem. Roman.consilio 335.dum vult expectantem posse
3 acceptare beneficia affecta, † non recte consuluit.

Nam nec etiam executor expectantis potest de il-
7 lis prouidere, vt ipse dicit, quia de illis potest † prouidere executor, quæ possunt acceptari. Nam regula hodierni temporis tantum generaliter reseruata, vel ex reseruatione generali affecta prohibet acceptari: vnde secundum ius specialiter reseruata, vel ex speciali reseruatione affecta possent acceptari, iuxta. l. cum prætor. ff. de iud. c. nonne benedicimus, de præsumpt.

APPENDICI PAVLI GRANVCCII.

a Acceptari. *vide Mandos. concordantias adducentem & limitantem in hoc Romani consilio 260. in 1. additio. & Mandos. Patrem, in 15. quæstione 34. regul. Cancel. de annali, num. 3.*

Quodque expectans non capiat reseruata Io. Paul. Ptolemæ. decis. 53. incip. Valentina del Pego. quam vi-
5 *de, nam reprehendit † Roman. d. consil. 335. & Socin. in consi. 32. lib. 3. ostenditque illos male docere.*
6 *Illud tandem nota, quòd † Episcopali sede vacante, expectans acceptare non potest. Mohedan. diserte decis. 310. incip. Regula Cancellariæ.*

Permutantes an reseruatione impediantur?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio an impediat permutantes?*

Permu-

2 *Permutatio de beneficio reseruato, an in manibus Ordinarij fieri possit? & quid si reseruatio est per cessum, vel decessum? num 3.*

QVAEST. XLII.

1 REseruatio † an impediat permutantes [a]? teti-
a gi plene in titulo de permutatione, sub Rubr.
b quòd beneficia reseruata permutari nõ possint [b];
& habetur plene per Federic. in tract. de permutat. circa princip. vbi circa permutationes beneficiorum reseruatorum octo prosequitur quæstiones, & per eundem consilio 112. & Collecta. in c. 1. in 41. quæst. de regul. iur.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCI.

a Permutantes. *illud pro constanti traditur permu-*
2 *tationem † hanc in Ordinarij manibus fieri haudquaquam posse, Pute decis. 262. incip. In vna Illerden. coram D. Io. Paulo, lib. 2. de qua re Mandos. in 11. q. prima reg. num. 3. & seq. ibique traditur per Put. quid iu-*
3 *ris sit † in reseruatione per cessum, vel decessum.*
b Possunt. *vide Aeneam de Falcon. tract. reseru. in 3. effectu 4. quæstionis principalis.*

Vnionem an impediat reseruatio?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio nunquid vnionem impediat?*

2 *Legatus an possit vnire reseruata?*
3 *Vnione dissoluta per obitum, an remaneat reseruatio?*

QVAEST. XLII.

1 Reseruatio an impediat † vnionem [a]? dixi in
a titulo de vnionibus sub Rubr. an beneficia reseruata possint vniri?

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Vnionem. *locum ab Authore indicatum præ manibus non habemus. Tu dic, beneficiũ expresſim reseruatum vniri in præiudicium expectantis non posse, at si facta fuerit, valebit, sed locum non habebit nisi post expectantis mortem, vel priuationem, Rot. decis. 6. de reb. eccl. non alien. incip. nota quòd beneficium in nou. Rebuff. in prax. benefic. tit. de vnionibus, num. 31. Gambar. de legato, lib. 5. num, 67. & 68. fol. 131. vbi*
2 *limitat num. 69. in † Legato, qui reseruata vnire prohibetur per Extrauag. Benedicti, incip. dudum fœlicis. & vide Mandos. in quinta quæstione, 12. reg. Cancell.*
3 *numero tertio, & an dissoluta † vnione per obitum remaneat reseruatio? vide Cassador. decisione secunda, de vnione, cui initium est. Facta erat vnio, & ad prædicta vide omnino Aene. de Falcon. quæstione quarta, incip. principali, effect. 23.*

Intrusi tolerati, & bona fidei collatio an per reseruationem impediatur?

SVMMARIA.

1 *Intrusus in beneficio, licet bonæ fidei, an conferre possit beneficia ad illius beneficij collationem spectantia?*

2 *Decretum reseruationis inficit titulum & possessionem.*

3 *Innocent. in c. nihil, de electio. declaratur.*

4 *Intrusi hodie peculiari sanctione vexantur.*

5 *Beneficia Ecclesiæ Monasterij S. Crucis Auellana Camaldulen. Diœcesis hodie reseruata.*

6 *Intrusus à quo tempore in fructibus condemnetur?*

7 *Distributiones quotidianæ an veniant in condemnatione fructuum?*

QVAEST. XLIIII.

1 QVæritur, an intrusus † in beneficio reseruato, puta Decanatu, habitus & reputatus pro Decano, & in possessione existens, possit beneficia vacantia ad collationem Decani pertinentia conferre? & videtur dicendum quòd sic per not. per Innocent. in c. nihil, de elect. & in l. vrbana, per Bart. ff. de condi. indeb. Contrarium [a] tamen decidit Rota decis. 4. de præbend. in antiquio.
2 & 20. eod. tit. in antiq. propter decretum † reseruationis, quod inficit titulum, & possessionem, adeo quòd nulla est possessio a iure cōsiderabilis penes

b intrusum, [b] & collatio est fructus possessionis, vt per Innocent.in c.consultationibus, de iure patronat.in c.2. de in integr. restitut. ergo conferre non potest: & licet Collector in d. 4. decis. dissentiat quãdo intrusus esset bonæ fidei, vt quia ignoraret reseruationem: tamen propter decretum reseruationis hoc non suffragatur, quia afficit ignorantes, & omnia, vt ipsa decisio prædixit. Non obstat di-
3 ctum † Innocent. quia procedit secundum Rot.in antiq. in alio intruso quam in beneficio reseruato. Quæ omnia notanda sunt ad declarationem eorũ quæ habentur in d.l.si vrbana. ff. de condit.indeb. vbi hæc non referuntur, & propterea Aegid.decis. 66.male sentit, dum idem quod Collector de quo supra memini, in bonæfidei possessore affirmat, quod putat valde notandum, sed versatur in errore ex supradictis.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Contrarium. *sequitur Aene. de Falcon. tract. reseruat. 4. q. princip. effect. 26.*

b Intrusum. *quos aduersus hodie † habemus perpetuam sanctionem Pij IIII. incip. Sanctiss. in Christo Pater, sub dat. Romæ 1560. 26. Octobris, facultatem Ordinarijs & delegatis præbentem sequestrum decernendi super fructibus, redditibus, & prouentibus beneficiorum, constito etiam summarie, & extraiudicialiter quantum sibi pro rei qualitate sufficere parte legitime citata videbitur, beneficium in mensi-*

bus

bus Apostolicis vacasse, aut alias reseruata seu affecta, vel ordinaria, seu alia authoritate nulliter collata esse: cum omnimodo in hac Pontificia authoritate, & potestate etiam omnia alia exequendi. in praemissis oportuna: idemque in quauis instantia coram eisdem iudicibus pendentibus obseruari mandauit, & aliter contra illos intrusos, praecipue super fructuum, expensarum, damnorum, & interesse condemnatione statuit; prout in ea latius &c. idem dicendum esset contra
5 *† intrusos in beneficijs Ecclesiae Monasterij S. Crucis fontis Auellanae Camaldul. Dioecesis vacantibus, quoniã peculiari reseruatione de anno M. D. LXXVIII. Nonis Septembris sunt munita.*

Illud non obliuiscaris in hac materia, quòd intru-
6 *sus in beneficio vacante † in Curia, cõdemnatur in fructibus a die intrusionis, secus si per Papam fuisset prouisus, tunc enim non condemnaretur nisi a die motae litis, ita Io. Paul. decis. 121. incip. Neapolitan. beneficiorum. inseruiet enim tibi ad intellectum praetactae Sanctionis Pij IIII. in qua de tempore a quo dictorum fructuum, damnorum, expensarum, & interesse restitutio fieri debet, nihil videtur dispositum. qua de re idem Ioan. Pauli tradidit decis. 37. salamantina de*
7 *praequeria. An autem in dicta † fructuum condemnatione distributiones veniant quotidianae? vide Mohedan. decis. 109. incip. Capitulum Ecclesiae.*

Optio nunquid reseruatione impediatur?

SVMMARIA.

1 *Praebenda vacans in Curia, an optari possit? & nu. 2.*

3 *Reseruationes omnes hodie motu proprio concedantur?*
4 *Expectatiuæ omnes motu proprio hodie conceduntur.*
5 *Clausula motu proprio tollit vitium subreptionis.*
6 *Expectatiua si est de incerto corpore beneficij, an impediat opinionem?*
7 *Clausula motu proprio non tollit ius tertij, neque ampliat gratiam.*
8 *Clausula non obstante an tollat consuetudinem optandi?*

QVÆST. XLV.

Licet tex. in c. fin. de consuetud. in 6. velit quòd
1 præbenda † vacans in Curia optari non [a] pos-
a sit, & Rot. decis. 4. in nou. de consuetud. velit quòd si consuetudo in contrarium existeret, nequaquam valeret. tamen Rota de rerum permuta. decis. 1. in 4. colum. in addit. vult, quòd ille text. in omnibus beneficijs reseruatis procedat, quæ opinio fuit Archidia. ibi, etiam sequitur Collecta. in c. ex tenore, in 1. colum. in 6. quæst. de concess. præben. Sed Domin. & Philip. post alios in d. c. fin. §. in præbenda, de consuetud. in 6. dictarum decisionum non faciendo mentionem, neque Gemin. in consil. 30.

Distinguunt inter generalem, & in fauorem alicuius factam reseruationē: item an motu proprio, aut ad partis petitionem facta sit? Tamen in om-
2 nem casum concludunt, † reseruationem cum clausula non obstante, optionem semper impedire, nisi

sit

ſit facta ad inſtantiam partis: & hoc vnico caſu tã tum optionem non impediri, quaſi tunc ambitioſa ſit, iuxta. c. quamuis, de præb. in 6. & tunc debeat reſtringi, & ſtricte intelligi, & idem late concludit Cardin. Florent. conſi. 66. ad finem.

3 Ex prædictis infertur, quòd cum hodiernis † tẽ poribus omnes reſeruationes concedantur motu proprio, & in omnibus ponatur clauſula, non ob-
b ſtante, &c. quod hodie ſuperfluum [b] eſt diſputare an per reſeruationes impediantur optiones? & idẽ videtur dicendum in expectatiuis, quæ etiam om-
4 nes † motu proprio conceduntur, & in eis etiam eadem clauſula ponitur. Quæſtio autem procedebat antiquis temporibus, quibus ſub varijs formis concedebantur, & ita vidi ſæpius in Rota ſeruari: quamuis quoad expectatiuas poſſet dici, ꝙ clauſula motu proprio ſuffragatur expectanti in aliquo, propter alias clauſulas, quæ ſolent a Pontificibus in regulis expectatiuarum poni, velut clauſula mo-
5 tu proprio, licet hæc nullum alium † operetur effe
c ctum, niſi quòd tollit vitium ſubreptionis. [c]

Sed quicquid obſeruetur in vſu Curiæ, Gemin. conſi. 104. iuxta fi. varijs vtens rationibus, nõ vult
6 quòd ſi expectatiua, † vel reſeruatio ſit de incerto beneficio, vt puta quòd quis duxerit acceptan. nũquam impediat optionem, & opinio Docto. in d. c. fin. intelligitur tantum procedere vbi de certo beneficio ſpecialiter facta ſit reſeruatio, quia clauſu-
7 la, motu † proprio non tollit ius tertij [d], neque am
d pliat gratiam, vt per glo. in clement. litteras, & in Clement. ſi Rom. Pontifex, de præbend.

Item

8 Item clausula non obstante &c. non † tollit regulariter consuetudinem optandi, nisi sit de certo beneficio, vel præbenda, vt per Philip. in c. fin. in princip. in vlt. not. de consuetud. in 6. & per Rot. decis. 5. de consuetud. in nou. & 2. eodem tit. in antiq. licet Gemin. in consi. 39. generaliter teneat per huiusmodi clausulam optionem tolli, ergo nec simul coniunctè. Et Collectarius in c. dilecto, in 7. quæst. de præbend. vult quòd reseruatio non impediat optionem, & obtenta loco dimissæ subrogabitur, & in ea reseruatio locum non obtinebit. quo circa vide omnino Cardinal. consil. 126. in penult. & vlt. colum. maxime circa finem.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Non possit. *vide Mandos. in regul. 34. de annali. q. 50. num. 7. & scimus extare decis. Caputaquens. 373. incip. Beneficia. lib. 1. & in materia optionis vide omnino Calderin. de consuet. consi. 5. 6. & 7. & Bursat. consil. 238. lib. 3. Ac nota tempus intra quod facienda est optio fore dierum viginti c. fin. de consuetudini. lib. 6. Rota decis. 23, alias prima de rer. permutat. num. 7. in nou. qui dies currunt a tempore scientiæ, ex glo. ante penultima in clem. 1. de concessione præben. ibidem Rota. Illudque est in confesso cæcum optare non posse. c. hinc etenim 49. dist. prout fuit tentum in vna salamantina integræ portionis, die 24. Aprilis 1582. coram R. P. D. meo Aldobrandino, nunc iure merito Illustrissimo Cardinale, & in Regno Pollonia de latere legato. ibique respondet ad consi. Abbat. 47. lib. 1. & di-*

& dicit illud non obstare, nam loquitur in profanis.

b Superfluum. *Nam siue generaliter, siue specialiter beneficia sint reseruata, optio non cadit. Domin. c. fin. §. in præbend. de consuetud. lib. 6. & consil. 30. colum. 1. Cardinal. consil. 16. Dominus Papa num. 6. Aene. de Falcon. in tract. de reseruat. 4. quæst. princip. effect. 5. Cassador. decis. 4. de concess. præben.* Gigas *de Pensio quæst. 63. num. 9. Mandos. ad Lap. Alleg. 84. littera K. ver. optio, vbi dicit claram hodie videri hanc conclusionem, posteaquam omnes reseruationes cocedi solent cum clausula motu proprio, Addimus Mohedan. decis. 267. In eadem causa, & Put. decis. 4. In vna Mediolanen. libro 2. Immo cessat iam omnis difficultas ex const. alternatiuæ pro Episcopis S. D. N. Sixti V. quo loci irritantur consuetudines etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguiores præbēdas, cum amplissimis clausulis derogatorijs, Cui constitut. competentem pro nostris imbecillis viribus prope diem edendam dotem, sub commentarij nomenclatura, vt omnibus Reuerendiss. Episcopis morem geramus, non sine ingenti labore iam paramus.*

c Subreptitionis. *recurre ad Gabrielem de clausul. conclusion. 2. num. 1*

Renunciatio beneficij in manibus Ordinarij an impediatur per reseruationem?

SUMMARIA.

1 *Renunciatio beneficij reseruati fieri an possit in manibus Ordinarij? & num. 5.*

2 *Litigiosa beneficia possunt in manibus Ordinarij resignari, licet non possint per Ordinarium conferri.*

3 Resi-

3. *Resignatio in manibus Ordinarij ex casu permutationis an valeat?*
4. *Permutatio beneficij reseruati an fieri in manibus Ordinarij possit?*
6. *Reseruatum beneficium quod non possit per personam exemptam in manibus Ordinarij resignari, coangusta dummodo Papa illam ratam non habeat.*

QVÆST. XLVI.

1 RENunciatio beneficij reseruati potest † fieri
a in manibus Ordinarij, & admitti, [a] licet illud non possit Ordinarius conferre. Rot. de renunciat. decis. 14. in antiq. prope fin. & 4. eod. tit. in antiquio. & decis. 1. de rerum permut. alias 23. quæ incipit, Fuit dubitatum, vtrum beneficia,
2 litigiosa † possunt in manibus Ordinarij resignari, licet non possit de eis per Ordinarium prouideri, vt supra dixi in quæstione 10.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Admitti. *vt supr. dixit Quæst.* 10. *in fin. & post Cassador. dicto in loco per nos indicatum, secutus fuit Papazzo ad* 4. *decis. Rotæ, incip. si opponat, num.* 6. *&* 9. *de renunciat. in nou. hæc omnia comprobat Cap. aquens. dec.* 362. *incip. beneficium reseruatum li.* 1. *subdit tamen resignari illud non posse in manibus vicarij, cuius facultas est restricta ad beneficia spectantia ad colla-*

collationem Episcopi, Immo etiã in Curia Ordinarium recipere posse resignationes concludit D. Hieron. Gabriel nuper Aduocatus cõsistorialis in cons. 187. nu. 11. & 12. libr. 1. Animaduerte tamen nã idẽ Caput aquens. in recollectis sui temporis in 3. par. vers. reseruatio, dec. 6. incip. reseruatũ beneficiũ firmat cõtrariũ videlicet 3. quod Ordinarius talẽ resignationẽ admittere non possit quãuis in eius manibus reseruatum beneficiũ quis resignare valeat, et quo ad ipsum resignãtẽ vacet, & collatio soli Papæ asseruetur. licet quo ad amissionẽ iuris resignãtis adesset aliqua amaritudo vt per Felin. in c. in nostra coroll. 34. de rescrip. & per decis. 5. in fin. in verbo resignatio in eiusdem recollectis sui temporis Caput aquens. cogita tamen: & vid. Aegid. in tract. permut. part. 3. q. prima.

3 *Pariterque videmus talem † resignationẽ in manibus Ordinarij ex causa adhuc permutationis valere, veramq. vacationem inducere, quamuis pro collatione ad Papã sit recurrendũ, Rota decis. 10. Nota quod resignatio, de renuncia. in antiquis, alias 398. cum ta*
4 *men permutationem † ipsam reseruati beneficij siue generaliter, siue specialiter coram Ordinario fieri non posse perspicuum sit, Aene. de Falcon. de reseruat. 4. q. princip. 3. effect. quem sequitur Pute. decis. 262. In vna Illerden. lib. 2.*

Ex contrario idem Aene. residere videtur dicto in tract. q. 4. princip. 8. effect. dum firmat beneficia generali siue speciali reseruatione affecta, non nisi Papæ in manibus resignari posse, ex ratione; nam reseruando, videtur illa ab Ordinarij iurisdictione exclusisse.

5 *Concilia, † Auctoris Axioma in beneficio simpli*

citer

citer reseruato locum sibi vendicare, Aeneæ vero dictum procedere quando vltra simplicem reseruationem, persona illud beneficium resignans est puta Capellanus, vel alius ab Ordinarij iurisdictione exẽptus, itaque Rotam expendimus, decis. 14. Quidam Cardinalis, num. 2. & sub num. 4. ibi, sed ego contra, de renuncia. in nou. & hanc concordiam adducit idem Aene. in d. q. 4. effect. 3. circa medium, versic. sed quid si de facto iuncto versic. antecedenti, Sed Ordinarius, et cum Aeneæ dicto iam relato resident Papazzo. paulo ante accersitus, ibi nisi resignans esset exemptus, nec non Pute. decis. 420. Die 12. Octobris lib. 3.

6 *Quod sane dictum coangusta dummodo Summus Pontifex per nouam prouisionem habentẽ clausulam, siue alio quouis modo etiam coram Notario & testibus vacet: tunc enim resignationem eiusmodi ab exẽpto in Ordinarij manibus factam admisisse censetur, Pute. dicto in loco, ad fin. & fuit de mente Rotæ dec. 4. Quidam Cardinalis, de renunciat. in antiquioribus, ibi & licet etiam in eius præiudicium Papa posset ratificare, & admittere renunciationem, nec ipse posset resilire, nec pœnitere, &c.*

Morte Papæ an expiret reseruatio?

SVMMARIA.

1 *Papa si dispositioni suæ aliqua beneficia reseruat, eius morte extinguitur reseruatio. secus si dispositioni Sedis Apostolicæ reseruasset, & quare? numero 2. & 8. & quid si facta sit dispositioni Papæ, & Sedis Apostol. num. 3.*

4 *Papa si Ordinario collatori concesſit vt posſit qua tuor beneficia reſeruare, an hæc conceſsio morte Papæ expiret?*

5 *Reſeruatio facta per Papam, an transeat ad ſucceſſorem? & num. 6.*

7 *Papa ſi reſeruauit beneficia Titij ſi vacauerint, an per mortem ipſius Papæ reſeruatio talis ſit extincta?*

8 *Ordinarij, an Sede Petri vacante, posſint reſeruata beneficia conferre? & num. 12. & 13.*

9 *Affectio remanet reſeruatione ſublata.*

10 *Beneficia omnia quorumcunque Epiſcopatū vacantia, ſede Epiſcopali vacante ſunt Papæ reſeruata, & ſucceſſori affecta.*

11 *Papa defuncto, Ordinarius poteſt conferre Parochialem reſeruatam.*

QVÆST. XLVII.

1 PApa ſi reſeruauerit † diſpoſitioni ſuæ aliqua beneficia, morte eius extinguitur reſeruatio:
a ſecus [a] ſi reſeruauerit diſpoſitioni Sedis Apoſtoli-
2 cæ, quia † eſt perpetua, cum Sedes non extinguatur: ita dicunt gloſſ. & Doctor. in Clement. 1. de probat. per text. in c. ſi gratioſé, de reſcript. in 6. vbi per Archid. Io. Andr. & alios Federic. de Sen. conſil. 112. in princip. Quod ſi facta fuerit reſer-
3 uatio ſub clauſula † diſpoſitioni noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ, licet præcedat diſpoſitioni noſtræ, tamen ſi facta fuerit motu proprio, large intelligetur vt morte non extinguatur, ita Dom. in d. c. ſi

gratioſe

gratiose ad finem de rescript. in 6. & Deci. consil. 168 in 3. colum. Non omitto quod Lap. al-
4 leg. 84. ad fin. vult, quod si Papa † concesserit ordinario collatori, vt possit quatuor beneficia reseruare, quod licet Papa decesserit re integra, quod per eius obitũ talis gratia tanquã perfecta quoad Papam, non expiret: per not. in c. si super gratia, de offic. delega. in 6. & in cap. si cui, de præbend. in 6. Non omitto, quod Collecta. in d. c. 2. col. 3. in
5 14. q. de concession. præbend. reuocat in dubium an † reseruatio facta per Papam transeat ad successorem? referens Ioan. Monach. & Ioann. Andr. illud mouere in c. 2. de præbend. in 6. quod reliquerunt ad declarationem illius text. Et an potestas specialis data de conferendis beneficijs vacã-
6 tibus in Curia, transeat ad successorem? † licet præcedens seruetur. Sed quæstio mota per Collectorem, potest intelligi quando reperitur reseruatio facta per Papam simpliciter, non adiecta clausula dispositioni nostræ, vel Sedis Apostolicę, quia tunc dubitari potest quo nomine censeatur facta, alioquin esset illius opinio contra text. in d. c. si gratiose, de rescript. in 6. & ipse semetipsum declarat in c. constitut. ad fin. de concess. præbend. vbi mouet quæstio. si Papa reseruauit beneficia Titij
7 † si vacauerint, etsi non disposuerit, an per mortem censeatur extincta reseruatio? & distinguit an reseruatio in dubio censeatur facta dispositioni Papæ, vel Sedis Apostolicæ? Pro solutione sciendum
8 esse arbitror quod † si reseruatio facta fuerit in hunc modum, videlicet collationi nostræ, vel Sedis Apo-

dis Apostolicæ, quod per mortem Papæ non extinguetur, quia alternatiua in dubio pro Sede Apostolica interpretabitur, argum. c. si a sede de præbend. & ita vult Collect. post antiquos in d. cap. constitutus, in 3. quæst. in versic. & si Papa, de concess. præbend. quod argumentum etiam proxime præcedenté quæst. soluit, cum in dubio pro Sede sit iudicandum.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Secus. *distinctionem hanc ponit & Petr. Andr. Gambar. tract. de leg. lib. 3. in fin. num. 195. fol. 77. per quam inferri posset, quod* † *(attẽta Extrauag. Ad regimen, in fin. ibi,* Donec miserationis diuinæ clementia nos vniuersalis Ecclesiæ regimini præsidere concesserit. *nec non stante 3. reg. Cancell. ibi,* Item generaliter reseruauit dispositioni suæ. *quæ morte Pontificum innuunt reseruationes eorundem expirare, prout aperte probatur in d. c. si gratiose, de rescriptis in 6. Rom. consil. 260. in princip. ibi sin autem dicatur. Cassador. decis. 3. de constit. num. 3. Paris. consi. 119. Mortuo Episcopo, nu. 18. & 20. de quó per Mãdos. in 1. & 10. qq. 1. regul. Cancell. Pute. decis. 190. In vna Eugubina, in fi. lib. 3. Io. Pau. Ptolemæ. decisio. 21. Tholetana Parochialis, ibi quia regula fuit extincta morte Clementis, Caputaquens. decisione 307. incipiente indultum conferendi libro primo, vbi pariter quid de indulto) conferendi beneficia in mensibus Apostolicis, an scilicet locum habeat sede vacãtẽ*

Ordinarij ipsa Petri Sede vacante beneficia reseruata conferre possit, posteaquam obstaculis reseruationum iam dictis sublatis, pro comperto est libere omnes mẽses ad conferendum illos habere. Pute. decis. 492. In vna Corduben. numero 3. libro 2. qui optime hanc conclusionem nobis probat, dum dicit videlicet: alternatiua operatur reuocationem obstaculorum, & est inuenta in fauorem Ordinariorum contra impedimentum obstantiæ, cum ergo illo tempore prouisionis nulla essent impedimenta, veluti si essent reuocata, ergo Ordinarius habuit suam prouisionem liberam. Hæc ille. ita etiam Gambar. de legato, lib. 3. num. 190. folio 77. atque dilucidior Rebuff. ad hanc probandam prodit in prax. benefic. tit. de reseruat. num. 36. dum scripsit Papa mortuo, Ordinarium posse beneficia per illum reseruata conferre, ex Geminian. in consi. 93. quod repetit in eius addict. ad reg. Cancell. in princ. versi. in Christo Pater in suo tempore fol. 439. & vid. decis. Caputaquensi 86. prima par. in impressis. & sequitur Ant. August. decis. 65. Reomanus. lib. 1.

Cæterum, huic pugnanti opinioni hodie adhærere debemus, quandoquidem extrauag. ad Romani Pontificis de præbend. in communibus, & regul. 9. Cancell.
10 *nobis præscribãt, reseruatione † è medio sublata, affectionem remanere, ita vt nullus præter Romanum & Summum Pontificem, se in illis ingerere queat: tradit & Cassador. decis. vltima, Vtrum reseruatio, sub nu. 7. de præbend. clare Mandos. in 1. q. 11. reg. Cancell.*

11 *Idem videtur firmandum † in beneficijs quibuscũque vacantibus & vacaturis Episcopali sede vacante, quæ peculiari ex regula Pij V. fælic. recordat. Roma die*

mæ die 9. Martij anni 1567. publicata reseruata fuere, quamque irritanti decreto, clausulaque sublata munitam in Diplomatum libro comperies.

Scias tamen, quòd si in Curia, Papa defuncto, Paro
13 *chialis † Ecclesia vacauerit, Ordinarius ante mensem poterit illam conferre, per capit. si Apostolica, de præbend. in 6. per rationem ab eodem Rebuff. positam in forma nouæ prouisionis, versic. dummodo tempore datæ, numero 14. ibique etiam ostendit,*
13 *Ordinarium † Sede vacante, simplicia beneficia ante mensem conferre non posse, postea vero rectè. ad c. statutum, de electio libro 6.*

Intellige in reseruatione beneficiorum apud sedem
14 *vacantium, in cæteris autem nullum † Papæ præfixum esse tempus ad conferendum insequentium authoritatem habemus, nempe Aene. de Falcon. 4. quæstio. princip. effect. 20 & Gaspar de Perus. eod. tract. reseruat. in quinta quæstione.*

Ordinarij collationi qualiter reseruatio impedimento sit?

SVMMARIA.

2 *Reseruatio adeo impedit collationem Ordinarij, vt non dicatur præstare titulum coloratum.*

2 *Collatio facta ab eo qui non habet potestatem conferendi, non præstat titulum coloratum.*

3 *Possidentes authoritate Ordinaria beneficia reseruata, dicuntur vere intrusi.*

4 *Collatio Ordinarij contra reseruationem Papæ, non*

præstat titulum coloratum.

5 *Reseruatio cum facultate acceptandi, si reseruatarius non acceptet, vel si acceptat, & euanescat, an impediat collationes Ordinarij?*

6 *Possessio contra Papæ reseruationes capta, caret omni effectu, imo est damnata & punibilis, num. 7.*

8 *Reseruatio & titulum, & possessionem inficit propter decretum irritans illi annexum, num. 9.*

QVÆST. XLVIII.

1 Reseruatio † adeo impedit Ordinarium, [a] vt
a collationes per eum factæ non obstante reser
b uatione, non dicantur præstare titulum coloratũ [b], vt per Lap. allega. 16. & 103. not. in c. cum nostris, de concess. præb. vbi Abb. ad fi. post Calderi. & an-
2 tiquos concludit quòd collatio † facta ab eo qui non habet potestatem conferendi, quia priuatus a iure, vel ab homine, non præstat colorem possiden
3 ti: & propterea qui beneficia † reseruata auctoritate ordinaria possident, dicuntur vere intrusi, vt per Calderin. consilio 13. de verbor. significatio. & per Felin. in cap. in nostra, in 8. coroll. iuxta fin. de
4 rescript. & quòd collatio † Ordinarij contra reseruationem Papæ non præstet Titulum coloratum firmat Felin. in d. c. in nostra, in 36. corol. in 3. not. 23. col. in vers. & ad hoc considero.

5 An reseruatio † cum facultate acceptandi, si reseruatarius non acceptat, vel si acceptat, & eius acceptatio euanescit, impediat collationes Ordinarij? late prosequitur Fel. post Abb. in c. cum ex of-

ficij,

ficij,in 15.columna.in versi. quarta & vltima quæstio, de præscriptio. ego autem abunde dixi vbi agitur de expectante.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Ordinarium. *etiam perpetuo si Gambaræ credendo, piaculum non committimus, de legato, lib.3. num.184.folio 77. quibus affinia sunt per nos dicenda quæst.99.num.7.*

b Coloratum. *vide Mandos.hoc eodem verbo, dictis in Lap. allegat. addimus Gomes. in regul. de triennali possess.quæst.27.versic.& ista omnia, ibi vel de beneficio reseruato, ibique in versic.præcedentibus aliquot numerat casus discolorati (vt ille dicit) tituli.*

6 *Possessionem vero † contra Papæ reseruationem captam,omni effectu, iurisque adminiculo carere nobis abditum non videtur.c.2.vt lite pend.lib.6.Rota decis.3.de restitut.spoliat.in nou.Rebuff.in prax.tit.de re*
7 *seruat.num.40.immo damnatam † esse, atque punibilem,Mandos.aperit reg.de annali,quæst.15.nu.2.nec*
8 *mirum,posteaquam reseruatio † & titulum,& possessionem inficit, Pute. decis.197.Die 13.nu.3.lib.3.& Mandos.3.q.1.regul.num.4.& hoc propter decretum*
9 *† illi annexum,Ptolemæ.decis.24. Hispalen.Canonicatus,ibi item opponebatur.Gabriel.de claus ul. conclus. 3.7.effect.nu.50.& de rest.spoliat.conclus.5.num.48. cum seqq. vbi declarat.Lancellot. cui iamdicta in memoriam non incurrerunt, de attentat.3.part.c.24. de Reo & except.9.quæst.num.3.& seqq.*

Posteriores reseruationes an tollant speciale indultum de conferendo concessum?

SVMMARIA.

1 *Indultum speciale de conferendo non tollit posteriores generales derogationes.*

2 *Priuilegia concessa varijs ordinibus, vt possint procedere ad electiones non obstantibus reseruationibus, an per posteriores reseruationes impediantur?*

QVÆST. XLIX.

1 SI per speciale indultum † concessum sit alicui facultas conferendi beneficia etiam reseruata,
a per regulas posteriores [a] reseruantes beneficia, nō censetur sublatum: vt per Geminian. plene consilio
2 50. & ideo videtur quòd priuilegia † concessa varijs ordinibus, vt possint procedere ad electiones non obstantibus reseruationibus, non impediuntur per regulas posteriores omnia monasteria reseruātes, quæ decem ducatorum valorem excedunt.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Posteriores. *vid. Mobed. decis. 154. Burgen. beneficium, Aliquid per Mandos. ad Lap. alleg. 84. verb. specialiter reseruatis, repetit Auctor infr. quæst. 85. in fi.*

Iniuste

Iniuste si Titius possidet beneficia, an illa veniant in reseruatione facta per Papam de illius beneficijs illo cedente, vel decedente?

SVMMARIA.

1 *Iniuste possessa beneficia an veniant in reseruatione? & num.4.*

2 *Papa si dispensat cum promoto vt possit retinere beneficia quæ obtinet, intelligitur canonice, non via facti.*

3 *Reseruationes sunt odiosæ, & debent restringi.*

5 *Beneficium obtinere ille videtur, qui nudam detentionem habet.*

6 *Interdictum Terrarum alicuius Domini temporalis, extenditur ad terras quas tenet de facto.*

7 *Verbum, obtinet, est generale, & nu. 12. & 13.*

8 *Intrusus, vel violentus dicitur tenere beneficium de facto.*

9 *Vacatio refertur ad ius, non ad possessionem.*

10 *Incompatibilia vacant ipso iure.*

11 *Papa reseruans beneficium quod obtinet Titius cũ vacauerit per matrimonium, an intelligatur siue de iure, siue de facto?*

14 *Verbi à propria significatione in dubio non debemus recedere.*

15 *Vsus communis loquendi in quacunque materia, etiam odiosa attendendus est.*

16 *Prælatus de iure censetur etiam intrusus, dummodo toleratus & reputatus.*

17 *Interpretatio largissima fit contra concedentẽ quoad modum vacandi, & potestatem conferendi.*
18 *Detentationis a iure considerata Papam intelligitur mentionem duntaxat facere.*
19 *Debitores soluendo Prælato putatiuo quando excusentur?*
20 *Consuetudo excusat pluralitatem, sed non incompatibilitatem. num. 21.*
22 *Incompatibilitatem nec etiam de latere Legatus dispensat, sed solus Papa. num. 23.*
24 *Episcopi dispensant super pluralitate simplicium beneficiorum.*
25 *Dispensare an possit Episcopus, vt quis duos canonicatus, vel præbendas in diuersis ecclesiis habeat? & num. seqq.*
26 *Præbenda est beneficium simplex.*
27 *Canonicatus an sit beneficium simplex?*

QVÆST. L.

QVæritur imprimis, si Titius beneficia tenet iniu-
a ste [a], an veniant† in reseruatione? & visũ fuit
1 nonnullis, quòd non veniant, per tex. in
2 c. si gratiose, de rescript. vbi si Papa † dispensat cũ promoto vt possit retinere beneficia quæ obtinet, intelligitur canonice, & non via facti. Secundò fa-
3 cit, quia reseruationes † sunt odiosæ, & debent restringi, vt per glo. in c. præsenti. in verb. finitur, de offi. legat. Contrarium tamen firmat Rot. de elect.
4 decis. 8. in antiq. vt veniant beneficia † siue de iure, siue de facto tenta, vbi loquitur de eo, qui de facto

tenebat beneficia, quæ per incompatibilitatem vacabant, vt cadant sub reseruatione. Nam ille benefi
5 cium † videtur obtinere, qui nudam detentionem habet, & ei incumbit, argum. l. stipulatio ista. §. hoc quoq;. ff. de verb. obl. & ꝙ dicimus in simili de ter-
6 ris † subiectis interdicto Domini temporalis, vt ex tendatur ad terras, quas tenet de facto, iuxta no. in
7 c. 1. de postul. prælat. & verbum † obtinet, est gene rale, ideo generaliter & indefinite positũ debet intelligi. l. 1. §. & generaliter, de leg. præsta. l. de pretio. ff. de publicia. Subdit quoq; decisio, ꝙ communiter ita tenent Auditores. Eandem opinionem tenet Rot. decis. 12. de præb. ad fi. in antiquio. vbi loquitur de reseruatione beneficiorum quæ tenet Titius cum vacauerint, vt illud verbum (tenet) intelligat̃ siue de iure, siue de facto, & similiter illud verbum, (vacauerint.) Nam cũ teneantur de facto, impossibile est ꝙ de iure vacent. Et cum Rota transit Card. Alex. in c. Clementis. 16. dist. Collectan. vero in c. tuis, circa medium, in versi. & faciunt præmissa, de præb. mouet Quæst. & ad partes arguit, & po stea se remittit ad not. per eũ, in c. fi. de sortileg. vbi in 6. col. in prin. in 20. q. in versi. quid si Papa. Idem
8 firmat ꝙ decis. Rot. 8. de elect. in antiq. limitat † tñ hoc non procedere in violento, vel alias intruso, cũ de facto beneficium per eũ teneri Rota præsumat, si esset vera, de directo esset contraria decisioni. Nihil tamen pro limitatione Collectarius adducit.

Sed D. Bart. Bellen. in tracta. de subsid. charitat. quæst. 122. referens Rotam d. decisio. putat imprimis, casu quo esset vera, illam nõ procedere vbi re-

seruarentur

seruarentur beneficia, quę obtinet Titius cum clau
9 sula, quando vacauerint, vel simili. Quia vacatio re
fertur ad ius, non ad possessionem, allegat. text. in
Clement. 1. §. neutro, vt lite pendente. Secundo etiã
sine illa clausula, non existimat illam generaliter
veram, sed tantum in particulari casu procedere
in quo loquitur, videlicet vbi beneficia tenebantur
b de facto, veluti incompatibilia [b] †, quæ vacabant
10 ipso iure, & nulli de iure debebantur, cum eorum
collatio Pontifici spectaret, & non agatur de præiu
dicio tertij, vt in casu tantum huiusmodi reserua-
tio locum habeat, & ad argumenta decisionis re-
spondet, vt videri potest. At mirandum est quòd
Bellencin. non viderit decis. 12. de præbend. in an-
11 tiq. ad fi. quæ in terminis vbi Papa † reseruat be-
neficium quod obtinet Titius cum vacauerit per
contractum matrimonij, vel alio quouis modo,
præterquam per mortem, refert Clementem Papã
declarasse quòd reseruatio intelligatur de benefi-
cio quod obtinebat Titius siue de iure, siue de fa-
cto, etsi illud non poterat ex persona Titij vacare,
sed vacauerit alias ex persona alterius.

Vnde pro clariori huius quæstionis intelligen-
tia, videamus primo de reseruatione simpliciter fa
cta de beneficijs quæ habet Titius, quomodo de-
12 bet intelligi? & licet † verbum (obtinere) secun-
dum subiectam materiã referatur ad iuris disposi-
tionẽ, vt in c. j. de reg. iu. l. 6. & in c. j. de eo qui mit.
in poss. lib. 6. quæ iura de verbo (obtinere) loquunt
ex propria significatione, vt patet ad sensum, & id
13 importat † ꝙ sonat, videlicet detentionem, & non
ius

ius,vt per gloſſ.& Doctor.in l.ſtipulatio iſta,§. hæc
quoque,ff.de verbor. obligat.& in dubio, † a pro-
pria verbi ſignificatione non debemus recedere,
l.1. §. is qui nauem,ff. de exerci. l. non aliter,de le
15 ga.3. Secundo,communis vſus † loquendi in qua
cunque materia etiam odioſa attendendus eſt , l.
liberorum,§.quod tamē caſum,de legat.3.ita Abb.
in c.nam & Rex,de verbor. ſignificat.& in c. 2. de
arbitr. modo ſi ſecundum communem vſum lo-
quendi intelligatur verbum tenet, ſeu obtinet, in-
telligi debet vt dictum eſt.ex gloſſ.& Docto.in di-
cto §. hæc quoque igitur &c. Tertio etiam ſecun-
dum iuris diſpoſitionem, ille cenſetur prælatus
16 †& dominus beneficij,qui licet ſit intruſus,tamen
eſt toleratus,& reputatus:vt per Innocent.in c.que
relā,de electio. & in c. 1. de in integr.reſtitut.& in
c. conſultationibus, de iure patron. per Bartol.&
alios in l. vrbana,ff.de condi. indeb. ergo extra du
bium eſt, quod in reſeruatione veniant beneficia
quæ tenet Titius de facto, in eis tamen toleratus,
& dominus reputatus. Quarto facit, quia vt dicit
17 deciſ.12.de præbend.in antiq. ad fin.quoad † mo
dū vacandi, & poteſtatem conferendi ſemper de-
bet fieri largiſſima interpretatio contra cōcedētē.

Ex prædictis infertur quod ſi conſtaret Titium
eſſe violentum occupatorem, vel intruſum, quod
eius beneficia non cenſerentur reſeruata prout af-
firmat Collectatius in d. c. fin.in 10.quæſt.de ſor-
tileg.qui ita debet intelligi:nec enim de illa deten
18 tione, † quæ iuris adminiculo caret intellexit Pa-
pa,ſed de ea quę a iure conſideratur,& ideo Bald.
in l.

in l.2. in penult. column. versic.nunc de cum vers. seq. C.de sentent. pass. dicit quod debitores soluẽ
19 do prælato † putatiuo liberantur, si ab alijs vt prælatus reputabatur, l. 1. §. idem Pomp.ff. de eo per quem factum erit. secus in eo qui soluit prælato quem erat euidens esse occupatorem, & falsum prælatum, per l. 2. C.de eo, qui pro tuto.& declarant Doctor.in d.l.si vrbana & ita intelligendo, cessant omnes difficultates, quæ possent suboriri & tolluntur omnia contraria.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Iniuste.*vid. Bellenc. de charitat.subsid. d. q.122. Caßador. decis. 2. Promotus ub num. 2. de constit. Mandosium in 3.reg.* Cancell. *q.2. &* 12.

b Incompatibilia. *de quibus Trident. Concil.loquitur c. 4. & 5. de reformat.seß. 7. & cap. 17. cum* Ecclesiasticas, *24. seß.& vid. Nauarr. in Manual. c. 35. sub num. 115. ibi sexto qui post obtentum, & c. 23. sub num. 15. & alibi, Qua in re Modernus Hispanus tractatum absoluit, cui titulus est De compatibil. & incompatibil. benef. non aspernandum.*

20 *Illud tamen nota, quod † Nauarr.dicto in Manual. cap. 25. sub num. 128. ibi Dixi aut consuetudinẽ iusta, admittere videtur consuetudinem iustam pluralitatem excusare.*

21 *Id nempe viribus † non subsistere videtur in incompatibilitate, ex traditis per Pute. decis. 466. Matthias Ferret. lib. 2. quo loci apertissime ostendit consue-*

suetudinem etiam immemorabilem (ceu irrationabilem) in casu respui, de quo videtur esse tex. cum gloss. in c. litteras de concess. præbend. & Gambara sequitur de legato lib. 5. num. 60. fol. 149. qua in re nec de
22 *latere Legatum † dispensare posse voluit Rota deci. 4. alias 286. incip. Legatus de latere, de offic. Legat. in nou. vbi addentes claram esse profitentur, neque concordantibus indigere: quam sequitur Mandos. in prax. signat. verbo dispensatio ad plura beneficia, ibi, aut loquimur in beneficijs.*

23 *Id enim ad summum † Pontificem spectare digno-*
24 *scitur. quamuis in simplicibus † valeat etiam Episcopus super pluralitate duntaxat dispensare, Io. de Lignan. tract. de plural. benefic. sub num. 18. Gambar. de leg. lib. 2. versic. 23. nume. 219. fol. 37. & lib. 5. num. 98. cum seqq. fol. 151. & hanc Ioan. de Lignano doctrinā tutiorē, magisq. saluti animæ conferentē dixit Mandos. ad Lap. allegat. 126. addit. 2. littera b.*

25 *Vnde infertur, Episcopū † dispensare posse vt quis duos Canonic. cū præben. in diuersis Ecclesiis retinere possit: posteaquā canonicatus et præbendæ simplicia*
26 *sunt benef. prout de præbend. † tā in Collegiat. quā in Cathedralib. habemus glo. in verb. quæ alias, ibi sunt alia simplicia iunctis precedētibus dictis in Extrauag. execrabilis de præbend. in commu. et de canonicati. te-*
27 *stantur † Bero. cons. 25. nu. 19. vol. 1. Burs. consil. 288. Facili negocio, nu. 1. 2. & 3. li. 3. addimus Gambar. de legato, libro 5. num. 4. fol. 147. eoque magis nam de consuetudine totius Italiæ canonicatus residentiam non requirunt, Mandos. d. tracta. signatur. grat. ver. Dispensatio de non residendo, versic. canonicatus.*

De iu-

De iure communi, & vbi Concilium Tridentinum non seruatur, fortassis locum habere iam dicta possent. At in locis in quibus Concilium publicatum est, sedem sibi arrogare posse non credimus, Decreto illius attento, in cap. 12. Cum digniat. 24. sess. in reformat. quod residentiam illos requirere praescribit. vbi enim residentia in pluribus beneficijs requiritur. pluralitatis terminos relinquimus, illosque incompatibilitatis complectimur. Duen. reg. 71. Beneficia plura, 4. ampliat. Rebuff. in pax. benefic. De dispensat. aetat. versi. incompatibilia num. 5. Mando. ad Lap. alleg. 116. Philippus, littera b. in quibus iam diximus non nisi Papam dispensare posse: igitur, &c.

Possessio sola, vel detentatio nunquid attendatur quando Papa reseruat beneficia per verba genitiui casus, puta Titij?

SVMMARIA.

1 *Reseruatione facta per verba genitiui casus, an sola possessio attendatur?*
2 *Interdictis Terris Regis, extenditur interdictum ad terras per eum possessas de facto.*
3 *Genitiuus ex communi vsu loquendi importat detentionem.*
4 *Regulae 5. & 6. Cancell. declarantur.*
5 *Beneficium possidere aliud est, & aliud ius in eo habere.*
6 *Verbum obtinere, verificatur etiam si quis iure non obtineat.*

7 Co-

7 *Copula inter diuersas orationes posita, quo pacto intellecta?*

QVAEST. LI.

1 SVccessiue quæritur, quid si Papa † reseruat be
a neficia per verba genitiui [a] casus puta Titij, vel Sempronij, an tunc sola possessio seu detentatio attendatur? Prima fronte videretur dicendum, quod non, quasi genitiuus proprie de per se domi-
b nium, [b] & ius importet, l. seruum Titij, ff. mand. l. seruus communis, ff. de stipulat. seruor. gloss. in c. 1. de postula. tamen Rot. in d. decis. 8. de elect. in antiq. dum allegat not. in c. 1. de postul. prælat. vult in terminis istis contrarium: Nam in eodem c.
2 supradicti dicunt, quod Regis Terris † interdictis, extenditur interdictū ad Terras quæ de facto tene bat: & sic illud genitiuū Regis importat detētionē, & per simile istius casus genitiui, decidit quæstionem de verbo obtinet: ergo idem sentit, & concludit vbi reseruatio esset per verba genitiui: & faciunt quæ supra dixi de communi vsu loquendi, se
3 cundum quem genitiuus † importat detentationē, vt per gloss. in l. 2 in princip. ff. de orig. iur. & per Bartol. & alios in Rubr. de ope. nou. nunc. & per Abb. & alios, in c. quia de iudici. & ex his decla
3 rantur † regulæ 5. & 6. inter regulas Cancellariæ, in quibus reseruantur per verba genitiui casus beneficia quorumcunque curialium decedentium, dum Rom. Cur. transfertur. Ita cubiculariorum, & cursorum.

Est

Est etiam pro clariori intelligentia aduertendum, quod regulæ præcedentes reseruantes beneficia familiarium Cardinalium, & Collectorum, vtuntur his verbis, videlicet 3. Item reseruat beneficia quæ familiares obtinent, & obtinebunt, & in quibus, seu ad quæ ius eis competit. & 4. Item reseruat beneficia Collectorum, videlicet quę durante eorum officio obtinuerint, & in quibus seu ad quæ ius eis competierit, quæ verba apposita sunt ad tollendum dubitationem quæ potest oriri, an ex quo reseruantur beneficia quæ quis obtinet, si is in beneficijs ius haberet, tamen non possideat seu obtineat, quod non possent verificari verba re
5 seruationis: quia aliud † est beneficium possidere, seu obtinere, aliud ius in eo habere, vt in c. querelam, & in c. 1. & 2. de caus. possess. & proprieta. Sed dum postea additur & in quibus, seu ad quæ ius eis competit, manifeste comprehendit casum, vbi beneficia non detinentur, sed ad ea obtinenda ius competit, & per hæc vltima verba in eis ius competit clare ostenditur, quod verbum
6 † obtinuerint, verificatur etiam quod quis iure nō obtineret, sed de facto prout supra dictum est Rotam tenere.

Item scias, quod (vt supra dixi) non requiritur concursus vtriusque copulati in dictis litteris, sed alterum in eis sufficit: Quia quando ponitur copu
7 la † inter diuersas orationes principaliter propter se, stat magis continuatiue, qua aliter, vt per Bartol. in l. 1. de iusti. & iur. & in l. 1. ff. de his qui nota. infam. & Canoni. in c. 2. de rescript. & ideo

Bellen-

Bellencin.in tract.de subsid. charitatiu.in quæstio. 121. vult quòd procedant etiam si quis nunquam habuerit possessionem, dummodo ius in beneficijs habuerit, quod dicit notandum pro intellectu. c. præsenti, de præben. in 6. & quòd reseruatio facta per Papam de beneficijs quæ quis obtinet, stantibus regulis prædictis, large intelligatur etiam de his, in quibus quis tantum ius habet sine possessione, firmat Collecta. in c. constitutis, in quarta quæstione, de concess. præbend.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Genitiui. *vide Mandos. in quæst. 5. regu. 5. Cancell. num. præsertim. 2. & 6.*

b Dominium. *Alex consi. 54. num. 2. volum. 5. intellige regulariter, nam plures patitur fallentias vt per studiosiss. D. Leonardum a Fina in eius ampliato Enchirid. conclus. verb. genitiuus.*

Papa si reseruat beneficia quæ tenet Titius cum vacare contigerit, nunquid bèneficia tantum veniant in quibus ius habebat?

SVMMARIA.

1 *Vacare vt dicatur beneficium ex persona alicuius, an sit necesse vt illius titulus verificetur?*

2 *Clausula cum vacauerit intelligitur in reseruatione.*

3 *Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operantur.*
4 *Mens Pontificis in reseruatione quænam sit?*

QVAEST. LII.

Circa secundum articulum, cum Papa reseruat beneficia quæ tenet Titius cum vacauerint, licet Bellencin. velit quòd ea tantum beneficia sint
a reseruata, in quibus ius [a] habebat, cum alias ex persona eius vacare non possint, tamen Rot. in terminis referens ita declarasse Clementem in d. decis. 12. de præbend. ad fin. in antiq. expresse determinat contrarium, quia vt beneficium dicatur va-
1 care † ex persona alicuius, non est necesse vt illius titulus iustificetur, sed tantum necesse videtur probare quòd tempore vacationis habebatur & tenebatur pro prælato talis beneficij, vt per Rot. decis. 4. de rerum permut. in nou. & decis. 10. eo. tit. in antiq. & per Roman. consil. 465. & faciunt quæ dixi supra de prælat. tolerato. Non obstat tex. allegatus per Bellenci. in §. mentio, in Clement. 1. vt lite penden. quia ille tex. nihil probat in oppositum.

2 Considerandum est, nam clausula, † cum vacauerint, vel similis si non exprimatur in reseruatio-
3 ne, videtur tacite subintelligi, expressio † vero eorum quæ tacite insunt, nihil operatur, l. 3. de legat. 1. l. non recte. C. de fideiussor. Nam reseruantis Pon-
4 tificis mens, † quæ ante omnia attendenda venit, vt per Innoc. in c. cum olim, de verb. sign. & Bal. in l. ex facto, de vulga. & pup. est, vt de beneficijs ipsis disponat cū effectu, de eis aūt effectualiter dispo-

nere

nere non pôt, nisi cum vacauerint, ergo attenta mẽte Papæ reseruatio omnis est cum vacauerint, nec enim prius alicuius momenti est reseruatio ad effectum prouisionis, nisi in euentum vacationis.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Ius. *inspicienda sunt coaceruata per Aene. de Falcon. in 4. q. principali. 47. effect. & Mandos. in q. 13. 23. regul. Cancel.*

Demonstratio falsa beneficij quod tenet Titius, an vitiet reseruationem?

SVMMARIA.

1 *Reseruatione facta de Decanatu quem tenet Titius, si Titius non teneat, quid iuris?*

QVÆST. LIII.

IVxta prædicta quæritur, si Papa reseruat Deca-
1 natum † Ecclesiæ Cathedralis, quem tenet Titius, si reperitur quòd Titius illum non teneat, cum tamen constet de certo corpore beneficij, an illud censeatur reseruatum, tanquam falsa demonstratio
a non [a] vitiet? Rot. de præbend, decisione 29. in antiquis tenet quòd valeat quando est specialis, & certa de beneficio, secus si generalis de beneficijs quæ tenet Titius.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Non uitiet. *sequitur Aeneas de Falcon.tract.1.sæpe indicato de reseruatio q.4.princip.effect.19.*

Reseruatio beneficiorum quæ tenet Titius, an trahatur ad futura?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio an extendatur ad beneficia die sequenti obtenta? & an ad nouiter creata? num.6.*
2 *Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*
3 *Dispositio ad præsens, non ad futura trahitur?*
4 *Reseruatio an extendatur ad præbendam subrogatam loco primæ vigore optionis?*
5 *Reseruatio an trahatur ad beneficia quæ tempore reseruationis quis ficte obtinuerit?*
6 *Optio locum non habet in beneficio siue generaliter, siue specialiter reseruato etiam motu proprio.*
7 *Optans scienter beneficium reseruatum, ipso priuatur, & non potest redire ad primum.*

QVAEST. LIIII.

1 ITem quæritur, si Papa reseruat beneficia † quæ obtinet Titius, & in veritate tempore reseruationis Titius nullum obtinebat beneficiũ, vel pauca, po-

a ca, postea die sequenti [a] obtinuit, quæritur an censeatur reseruata? Collectarius mouet hanc quæstio. in c.1. prope fin. de re iudic. versic. quid enim si me nullum, & decidit quòd non, cum qualitas
2 † adiecta verbo, debeat intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. &
3 l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. & dispositio † ad præsens, & non ad futurum trahitur. l. cum ita. ff. de auro & argen. lega. l. verbum erit, de verborum significat. Sed hoc declaratur in contrarium quoad familiares, ex verbis regul. 3. loquentis de beneficijs ipsorum familiarium quæ obtinent, & in posterum obtinebunt. Hoc tamen videtur limitare Collect. in cap. dilecto, in 1. colum. ad fin. cum seq.
4 in 7. quæst. de præbend. nisi † virtute optionis præbēdam aliam obtinerem loco primæ dimissæ, quia
b ad hanc surrogatam [b] loco primæ reseruatio extenderetur, quòd non pono pro constanti. & vide omnino Cardinal. consilio 126. ad fin. referentem Ioan. de Lignano.

Successiue ad maiorem prædictorum declarationem, quærit Collector in capitulo primo, de regul. iur. quæst. 41. cum multis sequentibus, an reser
5 uatio † huiusmodi trahatur ad beneficia quæ tempore reseruationis vere non obtinuit Titius, sed ficte, puta si illi absenti, & ignoranti ante reseruationem collatum sit beneficium, quod post reseruationem ratum habet, & sic ratihabitio retrotrahitur, regula ratihabitio, de regulis iuris, & vult quòd tale beneficium cadat sub reseruatione.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Sequenti. *Quid autem quoad beneficia de nouo creata, num ad illa extendatur? vide Mandos. in q. 12. 18. regul. num. 10. versic. Beneficia, post Aene. de Falcon. in quaest. 3. princip. num. 8. in tract. reseruat.*

b Surrogatam. *vide Rebuff. in addit. 3. regul. Cancell. ver. obtinet, fol. 442. atque intellige de optione prae-*
6 *terquam quòd de beneficio reseruato, in quo † optionem locum non habere supra quaest. 45. ostendimus, siue generalis, siue specialis sit reseruatio, & etiam motu proprio facta per Pute. praesertim decisio. 4. in princip. incip. In vna Mediolanen. lib. 2. quae nota, ob theoricam Aeneae de Falcon. in tract. reseruatio. 4. q.*
7 *princip. effectu 50. dicentem: quòd beneficium † reseruatum scienter optans, ipso priuatur, atque ad optatum redire non potest.*

Reseruatio an expiret per solam Papae collationem, literis non confectis?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio per solam Papae collationem expirat, & an requirantur litterae? numero 2. & vide numero 12.*
3 *Litterae requiruntur ad habendam possessionem in Cathedralibus & Monasterijs.*
4 *Gratia non probatur sine litteris.*

5 *Sumptum ex registro bullarum Apostolicarum probat. & num. 9. ita etiam ex registro supplicationum. num. 10.*
6 *Supplicatio an probet prouisionem? & an reseruationem? num. 8. & an gratiam? num. 11.*
7 *Litteris non expeditis gratia dicitur imperfecta.*
13 *Plus & minus non faciunt specialem differentiam.*
14 *Idoneus quilibet præsumitur.*
15 *Reseruatio de qua per solam supplicationem constat, impedit restitutionem.*

QVÆST. LV.

1 IVxta prædicta quæritur, cum per solam † collationem Papæ, sine vlla possessionis apprehensio-
a ne reseruatio expiret, [a] an vltra collationem sit ne-
2 cessaria litterarum † expeditio, ad effectum extinguendæ reseruationis? hanc quæstionem format Rot. decis. 3. de ferijs in antiquis in beneficio vacante apud Sedem, & arguit ad partes, referens diuersas Auditorum opiniones, & non determinat, sed Rot. de rescript. decis. vltima in antiq. ponens quæstionem de eo cui fuit prouisum de vacante in Curia; & deinde antequam litteræ expedirentur, mortuus est extra Curiam per duas dietas, dicit quòd gratia prouisionis de reseruato, per solam concessionem perfecta est, & alia scriptura necessaria nõ est, secundum Archidiac. Io. Andr. & alios in prohem. sexti: & propterea non diceretur huiusmodi beneficium amplius reseruatum: & licet ad ha-
3 bendam † possessionem in Cathedralibus, & Mo-

nasterijs opus sit litteris, tamen speciale hoc est in eis pro habenda possessione, non autem quoad habendum ius, iuxta Extrauagan. Iniunctæ: & licet
b hæc de iure vera sint, tamen cū ista gratia [b] † pro-
4 bari non possit sine litteris expeditis, sequitur quòd deficiet probatio, & sic qui dicet beneficiū non esse reseruatum, ex defectu probationis, in lite succumbet, & condemnabitur in expensis, & ita velle etiam refert & sequitur Felin. in Rubrica, de consuet. in 3. columna, in versicu. & est conclusio, quamuis ita non declaret.

Hæc autem ratio decisionis quæ intricate loquitur, vt intelligatur, declaranda est secundum decis. 28. de probat. in antiq. quæ dicit obseruari
5 quòd sumptum † ex registro Bullarum Apostolicarum probat. Vtitur etiam alia ratione decisio, quia supplicationes ideo non probant, quia restringi mandantur per expeditionem Cancellariæ: & addit, quòd hoc tenet Curia secundum omnes, quam rationem vltimam latius declarat Aegi. decis. 609. & 644. vbi est in ea opinione, quòd sup-
6 plicatio † non probet prouisionem esto quòd defunctus litteras super ea expediri mandauerit, si litteris non confectis decesserit. Quia possibile est quòd litteræ non transissent per Cancellariam, per quam debent expediri. Secundò, quòd impetrans in examine fuisset reiectus. Tertiò, quod litteræ essent forte restrictæ. Quartò, quod forsan transmisissent per mandatum de prouidendo, & non per simplicem prouisionem. Vnde ex prædictis Aegid. simpliciter tenet ꝙ siue sit mandatum de prouidendo,

in

7 in quo minor est difficultas, ex eo ꝙ † litteris non expeditis non potuerunt esse executores qui proui derēt, & sic gratia est imperfecta, aut fuit simplex prouisio, & quia de ea non constat nisi per suppli-
8 cationem, † non probat, quare non extinguitur re-
9 seruatio. Et licet per sumptum † ex registro hodie probetur supplicatio, ex quo deputantur certi Officiales qui earum curam habent, arg. c. cum ex litteris, de in integr. rest. & hodie est stylus vt ita pro
10 bet sumptum ex registro Supplicationum, † sicut Bullarum, vt notorium est, & declarat Bellencin. in tract. de subsid. charitat. in 113. q. ad fi. tamen sup-
11 plicatio † ipsa non probat gratiam. Ita clarius ostē dit Aegid. consi. 34. in 8. col ad fi. cum princip. sequ. dum respondet ad primum dubiū, vbi audacter dicit ꝙ supplicationes habent in se tacitam cōditionem vt probent si transiuerint per Cancellariam.

Et quamuis decisiones ita velint, tamen opinio
12 illorum qui tenebant per prouisionem Papæ † de qua constaret per supplicationem, esse extinctam reseruationem, videtur in puncto iuris & verior, & æquior, cum vsus opinionem contrariam obseruauerit, vt lucris Cancellariæ consuleretur. Nam data supplicatione etiam post mortem impetrantis, secundū illam expedientur tot bullæ, quot partes voluerint. Et licet prouisio non esset forsan ita pinguis prout supplicatio dictabat, tamen non excluditur quin in omnem casum dicatur prouisio Papę
13 de beneficio reseruato: & plus † & minus non faciunt specialem differentiam. l. fi. ff. de fund. instru. Insuper ratio, quòd Cancellaria potest restringe-

re

re, hodie non militat, cum Camera (per quam litte ræ possunt expediri) non solum omnia contenta in supplicatione donet, sed vltra supplicationem sæpe multa concedat. Ad hæc secundum stylum nullus habita gratia repellitur a Cancellaria, cum etiã
14 quilibet † præsumatur idoneus, nec quisquam beneficiandus probare debeat. cap. fi. de præsumpt. Non omitto etiam quòd Rot. decis. 14. de probat.
15 in nou. vult quòd reseruatio † de qua per solam supplicationem constat, impediat possessorium vt non sit locus restitutioni de qua supra dixi. In mandato vero de prouidendo fortè opin. Rotæ & Aegid. melius procederet. De his omnibus latius dicam in verbo gratia, vbi tãgam an ad illius substãtiam requiratur scriptura? & in verb. mandatum, vbi quæram an mandatum de prouidendo habeat aliquando vim simplicis prouisionis?

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Expiret. *ratio est, nam per solam etiam verbalem collationem ius in spiritualibus acquiritur sine traditione. c. fi. de conceß. præb. lib. 6. c. si tibi absenti, de præbend. eo. lib. Mohedan. decis. 292. fuit dubium, versus finem. ibi. Ratio, quia, & confert Rota decis. 14. quidam Cardinalis, sub nu. 1. de renunc. in antiq. & cum isto residet Caßad. decis. 3. Super gratia, nu. 29. de præben. & vide Mandos. in 5. q. 5. reg. Cancell. num. 2. & 7. addo Caputaquens. decisio. 33. incipiente. Per solam Papæ collationem libro primo, qui videatur, nam de nostro*

Simonet-

Simonetta meminit,& tradit Lapus allegatio. 127. Anastasius paulo ante num. 7. ibi dico quod expirauit dicta reseruatio & vacatio in Curia per vnicam collationem de electio. Vintorien.

b Gratia. *quæ facta dicitur sine litterarum expeditione, sed sine illa reduci non potest ad exercitium, Mohedan. decisio. 203. Alternatiua, & dict. decis. 292. in fine.*

Collatione sola, an expiret reseruatio Papæ, possessione non secuta?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio Papæ expirat per solam collationem possessione non secuta.*

2 *Ius in beneficialibus quæritur per solam collationem acceptione secuta.*

3 *Prouisus si in apprehendenda possessione violentiam commisit, Ordinarius prouidere potest.*

QVÆST. LVI.

1 a RESERVATIO Papæ expirat † per solam [a] collationem possessione non secuta, ita Rota de præbend. decis. 14. in antiq. quia in beneficiali-
2 bus † Ius per collationem, secuta acceptatione, sine possessione quæritur. c. si tibi absenti, de præbẽdis in 6. vbi vltra collationem licet consideretur possessio, tamen non negat quin ex collatione sit ius quæsitum. Sed cum sint iura pœnalia vltra quęsitum

situm ius illa requirunt etiam possessionem, idem tenet Rot. decis. 9. de præbend. in antiquioribus volens quod reseruatio etiam vacantis in Curia, per solam Papæ prouisionem expiret, si prouisus extra Curiam decedat, postquam prouisionem ratam habuit, & idem concludit Philip. in c. præsenti, §. fin. ad fin. de præbend. in 6. Illud autem sciendum est, quod adeo per vnicam collationem expirat reseruatio, quod si in apprehendenda † posses-
4 sione prouisus commiserit violentiam, & ius suum amiserit iuxta cap. eum qui de prębend. in 6. quod illi poterit Ordinarius prouidere, ita Lap. allegat. 127. in vlt. col. vers. ad .v. rationem.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

Solam collationem. *sequuntur post Rotam decisio. 282. incip. Nota quod vbi Papa, in antiquior. Loffred. in Paraphras. feud. c. imperialem, §. præterea si inter ducs, versic. reseruatio beneficiorum, Sarnen. quæstion. 30. regul. de triennali, numer. 2. Aene. de Falcon. tractat. reseruation. in quæstion. 5. princip. numer. 1. & Mandos. ad Lapum citata hic allegation. 127. littera O. dict. versic. ad quintam. & est decis. Caput aquens. 33. incip. Per solam Papæ collat. acceptatã absq. poss. li. 1. vbi in fine concludit reseruationem euanescere per collationem Papæ etiam inualidam, ex Sarnen. in d. regul. de triennali quæst. 30. num. 2. & vide Infr. quæ. 58. num. 2. ibique appendic.*

Per

Per reseruationem quæ mortuo Papa expirat, an beneficia dicantur affecta?

SVMMARIA.

1 *Mortuo Papa licet expiret reseruatio, an tamen affectio remaneat? & num. 2.*
3 *Reseruationes an expirent per mortem Pontificis?*
4 *Pontifex si in reseruatione sua vult prædecessorum reseruationem non expirasse, an ita etiam intelligat vt eius non expiret?*
5 *Milis vbi hic confutatur.*

QVÆST. LVII.

1 AN autem per dictam † reseruationem quæ mortuo Papa expirat, beneficia hu-
a iusmodi censeantur taliter affecta [a] quod Ordinarij non possint de eis disponere? Geminian. con sil. 93. multum laborat pro Ordinarijs, quia facti contingentia ita attulerat, tamen dicit, quod Rota in Decisionibus suis tenet contrarium, quas infra referam: & demum subdit quod nimis periculosum est quod ipse sentit. Sed hodie per Extrauagan. Pauli II. loquentem de beneficijs affectis, hæc quæstio determinata est, vt per
2 obitum † Pontificis non cesset affectio: & idem hodie moderni Pontifices per regulas suas statuunt, vt patet in regula 9. impressarum. Et quemadmodum hoc de iure procedat, & Extrauagans Pauli generaliter intelligatur, tangā abunde in seq. quæstio

stio. Sed vltra prædicta Ludouic. Roman. consil, 260. est in admirabili opin. quod reseruationes
3 † etiam expirent per mortem Pontificis, tamen si
4 Pontifex † faciat regulas suo tempore duraturas, in quib. sunt regulæ reseruatiuæ, vt moris est, & inter eas disponat quod reseruationes factæ per prædecessorem, eius obitu non expirauerint, quod ex ista mente quam hoc modo exprimit, iudicabuntur etiam suę, vt morte sua nequaquam extinguantur, alleg. text. in l. scire oportet, versic. nam & si maxime, ff. de excusa. tut. licet uerba regulatum prima fronte aliud innuant. Quæ regula cum hodie fiat ab omnibus Pontificibus, operatur ut nulla re
5 seruatio morte extinguatur, Mil. † tamen in uerb. reseruatio uersic. vltimo uult idem quod Geminia. in supradicto consil. quod scilicet cessantibus regulis inducentibus affectionem, cum affectio limitata sit ad certum tempus, uidelicet ad vitam Pontificis, extinguatur una cum regulis, & contraria procedant ubi reseruatio, & affectio essent simpliciter sine præfixione temporis inductę, quæ opinio non est uera, ut patet ex supradictis, & abunde declarabo in sequenti articulo.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Affecta. *de hoc hodie dubitare non debemus, stante reg. Cancell. 9. incip. Item declarauit, & videatur omnino Gambar. de legato lib. 3. num. 180. cum plur. seq. fol. 76. atque dicta per nos sup. q. 47.*

b Ne-

b Nequaquam. *quam opinionem ab eius parente confutari dicit Horat. Mandos. in postrema dicti consil. 260. Romani addit,*

Prouisione Papæ nulliter facta, an expiret reseruatio, & inducatur affectio?

SVMMARIA,

1 *Reseruatione beneficij, omnibus conferendi adimitur potestas.*
2 *Prouisione Papæ licet nulla, remanet tamen prior reseruatio seu affectio, limit. vt num. 12. & 13.*
3 *Papa mandans prouideri incertæ personæ, si non habuit effectũ prouisio, negotium reddit ad Papam. & quid si certæ personæ? num. 4.*
5 *Papæ manus appositione an beneficia dicantur affecta, & specialiter reseruata?*
6 *Papa si mandat prouideri de aliquo beneficio vacante, vel vacaturo, si prouisio non potest habere effectum, nihilominus beneficium remanet reseruatum.*
7 *Affectum semel beneficium, semper remanet affectum.*
8 *Appositio manus Papæ cuius sit virtutis?*
9 *Dispositio licet specialiter loquatur, si tamen ratio est generalis, generaliter debet intelligi.*
10 *Regulæ semper dantur a Cancellaria cum Decreto.*
11 *Mandatum de prouidendo in fauorem certæ personæ, si continet Decretum, de stylo Curiæ inducit affectionem.*

13 Re·

13 *Reseruatione Papæ facta ad tempus, an remaneat affectio?*

14 *Reseruatio Papæ de beneficijs vacantibus in Curia, limitatur ad mensem: quo elapso, Ordinarius potest prouidere.*

15 *Cessante causa, effectum cessare, limitatur nisi effectus sit iam consumatus.*

QVAEST. LVIII.

INnocent. in c. inter dilectos, de excess. prælat. hanc tractans quæstionem, uarias refert opiniones. Ioan. Andr. recitatis ibi Innoc. opinionibus, ultimo refert Compostellanum in c. capitulum, de rescriptis distinguentem tripliciter; quam distinctionem clarius ponam: aliquando reseruat
1 † beneficium, & tunc omnibus adempta est potestas. cap. si eo tempore de elect. in 6. reseruauit enim ut ipse prouideret, quod cum effectu intelligi debet, c. relatum, de cler. non residen. l. 1. §. fi-
2 nal. ff. quod quisque iur. vnde per prouisionem † licet nullã remanet prior reseruatio. Aliquando non reseruauit, sed mandauit prouideri, & tunc distinguitur, aut mandauit prouideri incertæ personæ,
3 aut certæ. Primo casu dicitur gratia † facta fauore Papæ volentis Ecclesijs prouidere, c. si cui nulla de præbend. in 6. & ideo cum negotium prouisionis ad se auocauerit, alij non possunt de eo se intromittere. c. vt nostrum, de appell. Et cum per collationem nullam non dicatur prouisum Ecclesiæ prout Papa volebat, merito negotiũ prouisionis

redit

redit ad eundem Papam. Secundo vero casu cum
4 cõtemplatione certæ † personæ videatur facta gra
tia.d.cap.si cui nulla,& gratia reperiatur nulla, vel
a quia sit subreptitia,vel persona incapax,[a] cum cessante causa, cesset effectus. capitulo, cum cessante, de appellat. l.adigere.§.quamuis,de iure patronat.potestas redit ad Ordinarium. & dicit Compostell.quòd in hoc concordant omnes. Et in hac opinione resident Anton. Abb. & Petrus de Anchar. vbi per Felin. hos simpliciter referentem in cap.fin.in vlt.colum. ad fin. de præsumptio.& vltra eum Ancha.consilio 399. eiusdem videtur esse sententiæ Aegid.consilio 34.in 3.colum.

Hæc tamen doctrina omnes casus non complectitur,& Cardi.Floren. ab ea ibi discedit ex dictis per eum,immo facile potest impugnari,vt per Roman.in consil.335.referentem Petr.de Anchar. in dictó consi.qui Pet.de Anch.in consil.etiam 58.eá improbat, & rem inter Doctores semper fuisse val de dubiam asserit, & quod propterea ad tollendā dubietatem, variæ Pontificum emanarunt regulæ Vrbani V.Greg.XI.& Alex.V.q̄ inter alia statuunt,
5 ꝙ per manus † Papæ appositionem,beneficia Sedi Apostolicæ affecta,& specialiter reseruata sunt.

Subdit demum,cum tot Pontificum declarationes pro affectione & reseruatione editæ fuerint, quòd illa pars tanquam verior amplexanda est quam Pontifices suis tēporibus obseruarunt.Hanc quoque opinionem multis comprobat Ludou.Roman. d.consil.335. hos etiam sequitur Dec.in c.vt nostrum,de appella.& in consil.137. in 2.col.Rot.

insuper cum casus cõtingeret, propter regulas huiusmodi Rota pro reseruatione, & affectione semper iudicauit. nam decis. 9. de præbend. in nou. & 14. in antiq. referunt quòd Vrbanus V. & Grego-
6 rius XI. declararunt quòd † quando Papa mandat prouideri de aliquo beneficio vacante, vel vacaturo, si ex aliqua causa huiusmodi prouisio non poterit sortiri effectum, nihilominus beneficium huiusmodi remanet reseruatum, & ita debet intelligi decis. 12. de concess. præbend. in antiq. dum ad finem refert declarationem Vrbani, alioquin sibi ipsi contradiceret, & Roma. de dicta declaratione meminit in dicto consil. 35. referens quòd Vrbanus voluit vita sua durante hoc tantum procedere. Rot. etiam in antiqu. tit. de præbend. decis. 9. refert Clemente VI. & deinde Innoc. constituisse quòd si per eos esset collatum aliquod beneficium reseruatum, & collatio nõ sortiretur effectum, quòd beneficium sub prima reseruatione maneret. Hac verò ætate extat Extraua. Pauli II. quæ refert in hac quæstione varias fuisse suis temporibus quæstiones, varioque modo fuisse pronunciatum, & propterea ad tollendum altercantium quæstiones, per-
7 petuo decernit vt beneficium † semel affectũ, semper censeatur affectum. Sed circa illam aduertendum est, quia ipsa etiam Extrauag. plures hac ætate parit difficultates: nam de duabus tantum in specie reseruationibus loquitur, videlicet beneficiorum familiarium Cardinalium, & Collectorũ, de alijs non meminit, eas uero fuisse cum interpositione decreti irritantis ostendit.

Secundo

Secundo aduertendum est ad rationem quam
8 exprimit, dum dicit quòd tantæ est efficaciæ † & uirtutis appositio manus Papæ in prouisionibus, seu mandatis de prouidendo cum huiusmodi reseruatione, & decreto, ut omnibus de illis prouidendi adimat potestatem, etiam si super beneficijs ita reseruatis litteræ Apostolicæ debitum non sortirentur effectum: quæ ratio doctrinam Doctorum in d.c.inter dilectos uidetur confundere, quæ in mandatis de prouidendo nec decretum, nec reseruationem considerat.

Sed primæ difficultati responderi potest, quòd
9 licet † specialiter loquatur, si tamen ratio est generalis, generaliter etiam lex intelligitur, ut est tex.in l.regula.§.cum quis, quem ibi ad hoc notat Bart.ff. de iur.& fact.ignorant. glo.in c.ex eo, in glo.2.de electio.in 6.& glo.in Clement.in plerisque, de electio. ratio autem ibi expressa est generalis. Ad secundam difficultatem responderi potest prout dixi supra in illa quæstione, An per simplex mandatum de prouidendo inducatur affectio? ubi retuli stylum esse Cancellariæ ut det semper in istis reseruationem cum decreto, & attento stylo res est clara, & sine dubitatione, & propterea licet regulæ impressę supradictæ sint sine decreto irritanti, tñ
10 quoquę † extrahuntur a Cancellaria ut producãtur, dãtur cum decreto irritanti, alioquin regulæ sine decreto ex stylo Cancellariç, non sunt de dandis.

Ex prędictis igitur constat, quòd etiam ubi est mandatum de prouidendo in fauorem certę personę, licet Doctores in d. c. inter dilectos, nolint in-

duci affectionem impedientem Ordinarios ex pro
11 uisione nulliter facta, tamen si adsit † decretum, & reseruatio ex stylo Curiæ pariter induceretur affectio, & vt dicunt Petr. Anch. & Rom. in dictis cõsi. ex mente Innocentij, certe Papa id non admitteret argum. tex. in c. cum dilecti, de dol. & contum. & l. Celsus. ff. de arbitr. nã reseruat, & prouidet, & licet prouisio euanuerit, tñ remanet affectio, quæ Ordinarium impedit, vel negari non potest quin voluerit personæ & beneficio prouidere, vnde si prima excluditur, superest beneficij prouisio iterum facienda, cum nequaquam facta sit.

Hanc etiam conclusionem Doctorum, quòd ex prouisione inutili Papæ non expiret reseruatio, immo inducatur affectio, Ludouic. Roman. in consil.
12 335. audet limitare † nisi nullitas prouisionis insurgeret ex defectu potestatis, quæ cum non possit contingere in Papa, non est tenenda, quamuis ipse Ludouic. illam audeat ponere, eo quòd partes Concilij Basilien. contra Papam pro viribus tutatus fuerat.

Tertio audet & Geminia. consil. 93. eam limita-
13 re, nisi † reseruatio Papæ esset facta ad tempus, quia elapso tempore reseruationis, vna cum reseruatione expiraret affectio inducta, per c. 2. & 3. de præbend. in 6. vbi reseruatio Papæ de beneficijs vacantibus in Curia limitatur in c. seq. ad mensem, &
14 eo lapso, † Ordinarius potest prouidere. Et eiusdẽ sententiæ est Mil. in verb. reseruatio, versi. vltimo, vbi vult ꝙ reseruatio, & affectio inducta per regulas, quæ temporales sunt, vna cum regulis expiret.

Sed

Sed vt Gemin. in dicto consil. dicit, Rota in varijs Decisionibus tenet contrarium, vt patet decis. 20. de præben. in antiquior. & decis. 13. & seq. de præbend. in antiquis, & 11. ad fin. eod. tit. & alibi sæpe.

Subdit vltimo, quòd 16. annis rotauit in Rota, & clarissima semper est visa illa opinio, & ꝙ propter authoritatem Rotæ totum suum illud consilium est periculosissimum, immo falsum vt patet
15 ex supradictis. Non obstat quòd cessante † causa, cesset effectus, vt videtur velle Gemin. quia verum est, nisi effectus sit iam consummatus, vt per Bar. in l. 2. §. fi. ff. de donat. per tex. in l. fin. in princ. ff. de muner. lib. & in l. Ttia. §. imper. in 3. col. ff. de legat. 2. effectus autem affectionis, statim per impositionem manus Papæ inductus est, & perfectus. Non obstat tex. in c. 2. & 3. de præb. in 6. vbi potestas redit ad Ordinarium, quia ibi expresse hoc cautũ est, alioquin pp affectionẽ Ordinarius non potuisset se intromittere, licet expirasset reseruatio p supradicta.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Incapax. *ex contrario quòd per collationem factam a Papa incapaci, inhabili, vel nulliter, remaneat beneficium Papæ affectum, & reseruatum est: c. inter dilectos, de excessibus prælat. Roman. consil. hic citato 335. circa primum, colum. 1. Paris. consil. 47. videtur, numero 39. & sequen. 4. volum. Crauett. consi. 137. nu. 9. Rebuff. in prax. de reseruat. num. 30. fuse Mandos. in additio ad Roma. d. consilium, littera c, quam con-*

clus. & Author amplectitur. addimus Caputaquens. decis. 33. per solam Papæ. lib. 1. in fin.

Commendato beneficio, an expiret reseruatio, & per illam inducatur affectio?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio nunquid expiret per commendam?*
2 *Commenda est simplex depositum.*
3 *Dispositio Papæ intelligitur de vera prouisione.*
4 *Verba in potiori significatu accipienda sunt.*
5 *Effectus causas ostendit.*
6 *Cessante commenda beneficium vacat vt prius, itaque Cancellaria dat litteras.*
7 *Commendato beneficio à Papa, illud remanet adeo affectum, vt non possit per expectantem acceptari, neque per Ordinarium conferri.*
8 *Administratoris datione, non perit facultas quæ de iure communi capitulo competebat.*
9 *Administratoris dati Ecclesiæ officium est vt fiant electiones.*

QVÆST. LIX.

1 AN per commendam † expiret [a] reseruatio?
a Rota de præbendis, decis. 1. in antiquior. &
b 7. de elect. in antiquis, distinguit [b] inter commendam temporalem, & perpetuam, seu ad incertum tempus, vt per primam non cesset, secus per secundam. Quia commendando ad vitam, satis videtur dispo-

disponere de beneficio, & alijs modis disponendi, de quibus ex effectu non intellexit, videtur renunciare. Sed Dom. de S. Geminiano, & Philip. in c. nemo deinceps, in 2. col. ad finem. & in 3. col. in versi. ex his, putant hanc distinctionem habere locum vbi reseruatio esset facta ex dispositione, prouisione, aut ordinatione Papæ. Quia cum hæc ex se sint valde generalia, omnes modos possunt comprehendere, vt per glo. in clement. fina. in verb. prouisionem, de electio. & in c. post electionem, in verbo ordinationem, de concess. præben. secus si collationi suæ esset facta reseruatio, quia intelligeretur de illa quæ tribuit ius in re. cap. si tibi absenti, de præbend. in sexto, cap. fin. §. fin. de concess. præbend. in
2 sexto. Et non de commenda, † quæ est simplex depositum. l. commendare. ff. de verb. signifi. l. Lucius. ff. depositi. Lud. Roman. consi. 350. in 2. col. vers. ex prędictis, hanc distinctionem esse Dominorum de Rota asserit, sed ego hanc distinctionem non inue
3 nio. Et illã impugnat ea ratione, quia Papa † videtur intellexisse de plena prouisione, & dispositione seu ordinatione, non aũt de ea, per quam de huius-
4 modi beneficio non prouidetur, cũ verba † in potiori significatu accipienda sint. l. 1. si ager & vectig.
Sed profecto leuis est hæc impugnatio, Nã cũ verba amplissima sint, & apta comprehendere omnem modum prouidendi, poterit deinde Papa per subuenientem dispositionem declarare quæ mens fuit ipsius. l. fi. C. de legib. c. cum venissent, de iudic. & certe ex effectu declarat quod mens sua fuit de
5 commenda prouidere, ab effectu † enim sæpe cau-
 sas ipsas

sas ipsas cognoscimus. Et licet Rota in supradictis decisionibus velit per commẽdam perpetuam extingui reseruationem. Cancellaria tamen in hoc a Rota dissentit, quia nunquam daret litteras quando per obitum commendatarij vacaret beneficiũ,
6 sed dat quòd cessante † commenda, vacet beneficium eo modo, quo vacabat prius ante commendam. Collecta vero in c. si constiterit de accusat. in 12. quæst. vsque ad finem capituli, hunc articulum longe disputat, & concludit tamen, quòd licet Curia amplectatur quòd per commendam non extinguatur reseruatio, tamen videtur æquius illi, quòd reseruatio expiret. Sed illud sciendum est, quòd
7 per commendam † factam a Papa, ex quo semel manum apposuit, beneficium dicitur affectum, ita quòd neque expectans possit illud acceptare, neq; Ordinarius de eo disponere. Ita Ludouic. d. consil. 350. col. 3. versi. cæterum, allegat Archid. & Ioan. Andr. velle in c. is cui, de elect. in 6. tenentes, quòd per dationem administratoris, & sic commendatarij, Papa prouisionem Ecclesiæ ad se auocauerit, c. vt nostrum, de appel. Sed gl. penult. in d. c. is cui, dicit hoc non iure probari, & Gemin. cum ea tenens, dicit, ꝙ electio quæ fieret per capitulum, esset vali-
8 da, quia per dationem † administratoris non tollitur facultas quæ de iure cõi capitulo competebat, per tex. in c. constitutis. 7. q. 1. & in c. Osius, & in c. Cathanien. 61. dist. & referens Ludouicũ, dicit opinionem eius in illo tex. probari. Et propterea putat Gem. non recte loqui, nam in c. Cathanien. visita-
9 tor seu administrator datus Ecclesiæ ex natura officij

9 † officij sui, quod est vt fiant electiones, instabat vt fieret electio, vt in dicto c. constituti. 7. quæst. 1. tamen huiusmodi electio debet præsentari Papæ, vt ibi clare dicitur in fi. c. Cathanien. & alius non potest illam confirmare. Ergo videtur quòd negociũ Papa ad se auocauerit, & quòd inducatur affectio propter commendam, & ita tenet etiam Mil. in verbo, beneficium vacans reseru. vbi late tãgit, an per commendam expiret reseruatio? Pauin. in tracta. de potesta. c. sede vacante, in 3. quæst. 2. parte princip. in 4. colum. versic. sed aduerte quòd licet beneficium commendatum, & postquam multum de cõmendatarijs modernis locutus est, dicit quòd cum casus contingisset, ita placuit Dominis Auditoribus. Et ego vidi obseruari quòd beneficia com-
c mendata remaneant affecta [c].

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Expiret. *vide Gambar. de legat. libro 4. quæstione 4. numero 34. cum plur. seqq. fol. 117. atque Mandos. ad cons. Roman. 350. & dic quòd commenda cessante, beneficium vacat vt prius, nec refert an quis moriatur in Curia, Mohedа. decis. 99. In Curia vacauerat, vide etiam eundem decis. 129. & 247. & Rebuff. in praxi. tit. de reseruatio. nu. 31. stylumque hodiernum Romanæ Curiæ palam seruare, vt beneficium vacans per mortem commendatarij, vacare censeatur eo modo quo fuit ei commendatum, etiam si perpetuo commendatum eßet, dicit Nauarra in Manual. c. 25. nu. 126.*

in fine,

in fine, & vide Pute. decisione 158. mox citanda.

b Distinguit. *Rota semper tenuit in reseruationibus & vnionibus, commendas temporales, & perpetuas æquiparari, Puteo teste in decis. 337. Die 9. Octobris. in fine lib. 1.*

c Affecta. *vide omnino Pute. decis. 158. incip. In vna Florentina, libro 1. vbi habetur commendam afficere beneficium dato quòd perpetua sit. idque scriptum reliquit Cassador. decis. 5. Commendauerat Papa, num. 7. de priuileg. diserte Mandos. in 7. quæstio. 32. regul. Cancell. num. 17. quo loci per tres conformes in Rota hoc fuisse decisum patefacit, quòd pariter hodie in Rota seruari post Nauarr. vbi supra, nobis studiosiss. & pij Iur. Vtr. Doct. atque curialis excellen. D. Petri Campori testimonio nuper relatum est.*

Mandatum simplex de prouidendo, an affectionem inducat?

SVMMARIA.

1 *Papa signando supplicationem vel etiam mandatum de prouidendo, afficit beneficium.*

2 *Manus Papæ sola appositio siue de vacanti, siue de vacaturo, inducit affectionem. limita vt num. 3.*

4 *Papa mandans alicui conferri beneficium, nisi expresse suæ dispositioni reseruet, vel decretum apponat vel alias eius voluntatem declaret, collatio Ordinarij valebit.*

5 *Mandato Papæ conditionali, beneficium non dicitur affectum.*

Conditio

6 *Conditio ante purificationem nihil præsupponit in esse.*
7 *Affectio plus valet, quam reseruatio.*

QVÆST. LX.

Rota decis. 25. de concess. prębend. in antiquis hęc verba recitat: Audiui quod Cancellaria vt gratia Papę possit indubitanter sorti-
1 ri effectum per solam manus Papę † appositio-
a nem [a] eo ipso quod signat supplicationē, seu prouidet, seu prouideri mandat, vel alias disponit de vacanti vel vacaturo certo vel incerto, adeo vult esse beneficium affectū, & ligatas manus inferioris quod semper daret reseruationē cū decreto a die datæ signationis factę per Papam. Et tunc per illas clausulas reseruationis, & decreti negotiū est clarum hoc idem prius retulit Rota eod. tit. decis. 6. in antiquiori. quę est in eodem num. de prębend. in nou. ad fin. quę dicit quod contraria tenent
2 quod per solam † appositionem manus Papę siue prouideat de uacanti, siue de uacaturo aut mandet prouideri, seu alias disponi etiam de incerto, quod tūc beneficiū sit affectū, & clausæ sint manus inferioris, etiā si esset beneficiū vacās. Sed si dispo-
3 sitio Papę ex aliqua causa esset restricta, non procederet ubi Papa apponeret manum ad beneficia uacatura, immo de iure huiusmodi beneficium potest acceptari ab expectante.

Eadem tamen Rota in supradictis decis. hęc de iure non esse uera ostendit, per tex. in c. 1. §. ex parte, de

4 te, de conceſſ. præbend. in 6. vbi ſi Papa † mandat alicui conferri beneficiũ, niſi expreſſe reſeruet diſpoſitioni ſuæ, vel tali mandato decretum apponat aut alias expreſſe voluntatem ſuam collatori inſinuet ne alij conferat, collatio facta ab Ordinario valet, & probatur in capi. ſi capitulo, & in capi. ſi ſoli, de conceſſ. præbend. in 6. & in cap. dilectus, el. 2. & capitu. inter cætera, de præbend. & alibi.

5 Eſt ſciendum, quod per mandatum † Papæ de prouidendo, quod non fit purum, ſed conditio-
6 nale cum ante purificationem † conditio nihil ponat in eſſe leg. ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & ante purificationem decretum non afficiat, vt in c. 1. de conceſſ. præbend. in 6. tunc per tale mandatum ſi non ſortiatur effectum, beneficium nunquam cenſetur affectum. ita Rota decis. vlt. de cauſ. poſſ. & propriet. in nou.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

7 a Appoſitionem. *quam plus † valere ipſa reſeruatione, dixit Rebuff. in prax. benefic. tit. de reſeruat. num. 34 poſt Aene. de Falcon. vbi per eum.*

b Nihil. *immo quicquid conditione pendente fit, nihil valet, l. cedere diem vbi omnes, ff. de verbor. ſignif. c. 1. cum ſeqq. de condit. appoſit. Tut. deciſ. 283. Die 20. Maij, lib. 2.*

Affe-

Affectio nunquid inducatur si Papa prouidet de beneficio vti reseruato, quod tamen non est?

SVMMARIA.

1 *Prouisio Papæ an sit nulla, si prouidet de beneficio vti reseruato, quod tamen non est, & num 4. & 5. & an expectans possit illud acceptare? numero 2.*

3 *Clausulæ dummodo collatio hac vice ad nos pertineat, effectus.*

4 *Stylus Curiæ est quod semper prouideat cum clausula, siue alio quouis modo.*

6 *Sacristæ Papæ an dicantur Capellani, vt sub reseruatione intrent?*

7 *Falsitatis origine data, nulla est prouisio sequens. intellige vt num. 8.*

QVAEST. LXI.

IVxta prædicta quæritur, Papa prouidet sempronio de beneficio vti reseruato, quod reseruatum non est, an de eo poterit prouidere Ordinarius? Roman. consil. 335. tenet, quod
1 prouisio † Papæ sit nulla, & decretum Papæ ex ex falsa opinione interpositum non sufficiat, leg. cum vero, §. subueni, ff. de fideicommiss. libert. l. 1. §. hæc autē, ne vis fiat ei, l. magis puto, §. 1. ff. de reb.
2 eo. Et dato quod expectans † possit beneficium huiusmodi acceptare, & cū Papa voluerit beneficiū con-

conferre vti reseruatū, non valebit ex † alio capite, licet ex eo potuisset prouidere, per c. ex parte, de concess. præb. vbi qui poterat ex bono capite prouidere, si prouidit ex incongruo, eius collatio non sustinetur. Idem quod Roman. tenuit Geminia. consil. 36. vbi vult quod prouisio Papæ sit nulla, si inhæret reseruationi quæ non est in rerum natura, vel reuocatæ: & propterea quod Ordina-
a rius potest de illo beneficio prouidere. [a]

Hinc videmus, quod in prouisionibus additur
3 clausula † dummodo collatio & cęt. hac vice ad nos pertineat, per quam restringuntur clausulæ generales, quæ apponuntur in gratijs de beneficijs reseruatis, in euentum quod non essent reseruata, prout dicit Pauinus in tract. de potest. cap. sed vacante, in 7. præmiss. in vltim. column. Non omitto, qnod Collector in c. constitutus, in 5. quæst. de concess. præbend. postquam per multa ostenditqrod prouisio Papę vti de reseruato; si alio modo vacabat, puta quia erat deuoluta, si erat motu proprio, quod deberet valere: tamen vltimo concludit quod propter formam litterarum, & vnum tantum modum reseruationis, vltra quem Papa non intendebat prouidere, & sic ex defectu intentionis, quod prouisio non valet. Hæc tamen vera
4 non videntur attento stylo † Curiæ, quo semper prouidetur cum clausula siue alio quouis modo, de qua per Doctores in c. suscepti de rescript. in 6. Item quia negari non potest, quin Papa manum apposuerit, & si prouisio non valet † videtur quod affectio sit inducta, per ea quæ supra dicta sunt. Et ideo

Et ideo Ordinarius non poteſt prouidere, neque expectans illud acceptare.

Scio etiam alias fuiſſe quæſitum, an Sacriſtæ
6 †Papæ ſint Capellani & familiares Papę, & propterea eorum beneficia per regulas reſeruata? & cum quidam per litteras in forma breuis ab Alexandro VI. paulo ante quam moreretur, Sacriſtiam obtinuiſſet, quod tamen breue poſtea ſub Iulio II. falſum fuerat iudicatum, qui tamen falſarius beneficia ſua retinuerat, & in partibus mortuus fuerat: & Iulius de illis tanquam reſeruatis prouiderat, inhærens reſeruationi ex cauſa Capellanię, quę non fuerat, an prouiſio valeret? & dicebatur nullam † eſſe prouiſionem, cui falſitas originem dedit, leg. ex initio C. de falſ. tamen fuit iudicatum, quod ex eo quia antequam falſi-
8 tas † detegeretur, fuerat in quaſi poſſeſſione Capellaniæ; & ita tenebatur, & reputabatur iux-
b ta l. Barbarius [b] de offic. prętor. quod beneficia eius cenſerentur ad incommodum eius reſeruata, iuxta ea quæ habentur per Angel. & Imol. in l. ſi quis ſolidum, per illum textum, ff. de hęred. inſtitut.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Prouideri. *concordantias affert ibi Mandoſ. in addit. quem vid.*

b Babarius. *conferunt per Bellencin. cumulata in tract. de charitatiu. ſubſid. q. 112.*

Paſſio-

Pensionis impositione per Papam facta, an beneficium dicatur reseruatum?

SVMMARIA.

1 *Papa pro bono pacis si pensionem constituat an reseruatio inducatur?*
2 *Pensione durante, nunquam dicitur de beneficio plene prouisum.*
3 *Pensionem pro bono pacis & concordiæ Papa constituere potest, etiam sine causa, num. 4. quæ ad successores transit.*
6 *Pensionem Ordinarius constituere potest pro bono pacis, concordiæ & ad lites sedandas, etiam vt ad successores transeant: tutius tamen erit Pontificiam confirmationem habere.*

QVÆST. LXII.

NOn omitto quod est quidam Doctor Gallus in quodam opusculo suo super pragmatica sanctione licet inimicus Pontificiæ potestatis, & fauens in omnibus pragmaticæ sanctioni prohibēti reseruationes dari, qui tamen secure esse tenen-
1 dum dicit, quod si Papa † pro bono pacis, & concordiæ, super beneficio manum apposuit, vni relinquendo tantum, vel de eo prouidendo, & alteri
a pensionem [a] soluendam constituendo, prout in plerisque pensionibus fieri solet, quod si decedat ille, propter huiusmodi appositionem manus Papæ beneficium censetur reseruatum, vt de eo solus Papa

Papa possit prouidere, per c. vt nostrum, de appell. & licet ipse velit hoc tantum procedere (fauens pragmaticæ sanctioni) vbi pensio ex resignatione voluntaria, vel ex alia causa constitueretur, quia
2 propter pensionem † duraturam nũquam dicitur plene prouisum de beneficio, argum. c. si tibi absenti, de præbend. in sexto, & donec duret pensio, duret & appositio manus Papę, quia rationes sunt generales, & semper militant. contra hanc opinionẽ nihil scribam, cum illi qui Curiam impugnant, & reseruationes prohibent, & tollunt, illam veram & seruandam affirment, vnde si eam tenemus, multorum beneficia iudicabuntur reseruata.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Pensionem. *Illud in mentem venit, An quemad-*
4 *modum Papa † pro bono pacis & concordiæ pensio-*
nem constituere valet, vt hic, (licet non ignoremus
4 *illum etiam sine † causa pensionem reseruare posse,*
vt per Doct. in c. quæ in ecclesiarum, de constitut. &
per Gigant. de pensio. quæst. 6. num. 7. atque Mandos.
in uerbo, pensiones, in signat. gratiæ, ibi, Papa abs-
5 *que aliqua causa) quæ ad † successores transeat. c. probi*
bemus, de censibus, c. pastoralis, de his quæ fiunt a præ
6 *lat. ita pariter & Episcopus † reseruare possit? pro*
affirmatiua sunt Innocẽtius, in c. nisi, in fi. & ibi Abb.
de præb. Pau. Rom. in tract. pension. q. 1. nu. 10. & seq.
ac q. 4. num. 10. Caccialup. in tract. pensio. quæstione 4.
num. 4. Sarnen. in 2. quæst. reg. de annali, post num. 5.

& Mandos. ad reg. 33. quæst. 14. num. 11. omnemque tollere videtur difficultatem Gambara, hanc partem amplexans in tract. de lega. lib. 6. num. præsertim. 392.
7 *cum plur. seqq. fol. 187. nihilominus continuo † Ponti ficiam confirmationem cum solitis clausulis habere curaremus saltem vt ad successorem trahatur, ex tra ditis per Gigantem mox indicandum, num. 4. Neque nos terret theorica Rebuff. in prax. benefic. tit. de reseruatio. num. 17. in fi. dicentis: pensionem ab Ordinario impositam, Papam confirmare non solere, sed de nouo concedere: illam nempe intelligimus si pensionem simpliciter Ordinarius reseruasset, prout plerique Doctores illum facere posse tenent, prout est Felin. in c. ad audientiam, el 2. num. 2. in 2. conclus. extra de rescripti. quem refert & sequitur Gigas de Pensio. q. 6. nu. 2. cum seqq. Gomes. in reg. de infir. resign. seu in compend. vtrius. signat. vers. & est aduertendum, & Rodoan. in tracta de Simonia. parte 2. cap. 21. num. præcipue 25. cum seqq. quamuis nos minime lateat communem esse in contrarium, in qua fundatum fuit decretũ Pauli IIII. fœlic. recordat. de quo per eundẽ Mandos. in signat. verb. pensiones, ibi. Hodie tamẽ, & in titulo de confirmationibus vers. pensionis ab Ordinario, omnisque resecatur difficultas ex decreto Illustrissimæ pariter & doctissimæ congregationis Concilij Tridentini, sub num. mihi. 276. ibi nec Ordinarius potest eam infringere, nec alicui Ecclesiæ pensionem imponere. quamuis opinemur decretũ hoc simpliciter loquẽs, non extendi ad pensionem pro bono pacis & concordiæ ab Ordinario impositam, vt diximus supra num. 6. ad tradita per Roland. consi. 72. num. 56. & 57. lib. 1.*

quòd

quod eo magis ad Pontificiam authoritatem expetendam nos inuitaret, & tandem nihili faceremus vel per confirmationis viam, seu nouæ concessionis suam gratiam Sum. Pontifex impertiretur, dummodo intentum haberemus.

Affectio nunquid remaneat reseruationibus reuocatis?

SVMMARIA.

1 *Reseruationibus reuocatis, an Ordinarij possint conferre?*
2 *Factum in alicuius fauorem, in fauorem eius interpretandum est.*
3 *Reseruatione sublata, remanet affectio.*

QVÆST. LXIII.

1 REuocatis † reseruationibus per regulam, vt sæpe solet fieri, in quibus quòd Ordinarij possint prouidere nihil disponitur, quæsitum in Rota fuit, An de huiusmodi beneficijs possint Ordina-
2 rij a disponere, ac si reseruatio esset facta in fauoré Ordinariorum, vel expectãtium? & certe si id ex prohemijs earum facile percipi posset, iuxta leg. fi. ff. hæred. institu. per doctrinam Bartol. in l. odiosa, in penult. colum. ff. de decret. ab ordin. faciend. res
2 esset clara, vt quòd ad eorum fauorem † factum est, in eorum fauorem interpretetur. l. quod fauore. C. de legibus, alioquin pro Ordinarijs esset im-

posita verbis huiusmodi reseruatio, contra l.final. C. commun. de legat. Dubitatio remanet quando non apparet qua mente factæ sint huiusmodi reseruationes, nam licet reseruationes de certis beneficijs pro certis personis sint reuocatæ, tamen affectio quæ ex appositione manus Papæ erat causata, non est sublata. Et sublata † reseruatione, illa remanet vt abunde doctum est, quodque expirata reseruatione, maneat affectio, videmus in multis regulis.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Ordinarij. *diximus in quæstione 47. numero præsertim* 10.

Differentia quæ sit inter beneficia reseruata, & affecta.

SVMMARIA.

1 *Reseruata beneficia in quo differant ab affectis?*

2 *Affectio omnis nascitur ex appositione manus Papæ.*

3 *Appositio mvnum manus* Papæ *ad causam coram alio pendentem, facit ut ille amplius cognoscere nonposit.*

4 Papa *manum apponens confirmando iura alicuius, de illorum ualiditate nemo inferior cognoscere potest.*

5 *Papa manum apponens aliquem ordinando, non poterit*

poterit aliquis illum ad maiores ordines promouere.

6 *Papa si alicui contulit beneficium, & opus indispensatione etiam ab Ordinario concedi solita, debet ad ipsum Papam recurri.*

7 *Appositio manus Papæ quomodo fiat?*

8 *Reseruatione extincta, remanet affectio, & reseruatio dicitur expressa, affectio tacita, num. 9.*

10 *Appositione simplici manus Papæ, an inducatur affectio?*

11 *Canonicatus & præbenda an afficiantur per mandata de prouidendo sine reseruatione.*

12 *Papæ prouisio de beneficijs affectis, quomodo ualeat nulla affectionis facta mentione?*

13 *Affectiones tres possunt in una eademque gratia concurrere.*

14 *Affectionis nunquid mentio sit habenda in impetratione?*

QVAEST. LXIIII.

1 VT cognoscatur quæ † differentia [a] sit inter beneficia reseruata, & affecta, sciendum est
2 quòd omnis † affectio nascitur ex appositione manus Papæ, cui datum est in prærogatiuam supremæ potestatis, vt in quibus manum apposuerit, alij se nõ intromittant: vt in c. vt nostrum, de appel. vbi
3 quòd si ad causam † coram alio pendentem manũ apposuit, inferior ille amplius cognoscere non potest, & in c. 1. & 2. de confirmat. vul. vel inutil. vbi si
4 manum † apposuit confirmando iura alicuius, de

illorum validitate nemo inferior cognoſcere poteſt, & in c.cum in diſtribuend.de tempo.ordinād.
5 velut ſi Papa † manum appoſuit aliquem ordinando, nullus niſi Papa poteſt illum ad maiores ordi-
6 nes promouere. Hinc videmus quòd ſi Papa † alicui beneficium contulerit, & opus ſit diſpenſatione, quam regulariter Ordinarius facere poteſt, tamen in illo beneficio ſecum non diſpenſabit, propter appoſitionem manus Papæ. Ita Abb. in c. poſtulaſti, ſuper gl.in verb.diſpenſatum, de cler.ægro.
7 miniſtr. Ita etiam manus appoſitio † in beneficijs, vt de eis prouideat, quandoque fit per reſeruationem, quādoq; ſimpliciter ſine reſeruatione. Quòd ſi loquimur de reſeruatione, ſciendum eſt quòd reſeruatio omnis parit effectum affectionis, quia reſeruando beneficium, illud ex appoſitione manus
8 ſuæ afficit. Namque extincta † reſeruatione vel per obitum Papæ, vel aliter, remanet tamen affectio iā ex reſeruatione cauſata, vt patet ex Extrauag. Pauli II. & ex multis deciſionibus de beneficijs affectis loquentibus, de quibus abunde ſupra dixi, maxime vbi agitur an per prouiſionem Papæ nulliter factam, expiret reſeruatio? Et ſic quando præceſſit reſeruatio, inter reſeruationem & affectionem illa intercedit differentia, quæ eſt inter cauſam & cau-
9 ſatum, inter expreſſum & tacitum, quia † reſeruatio eſt expreſſa, affectio autem tacita.
10 Quòd ſi loquimur de ſimplici † manus Papæ appoſitione, dum vult de beneficio prouidere, vnde naſcitur affectio, quæ omnem cauſam comprehendit, donec ſit plene prouiſum, vt videmus in com-
menda,

menda,iuxta no.per Archidiacon.& Io.Andr.in c. cui,de elect.in sexto.& Rom.consi.350. & dixi supra, vbi agitur an per commēdam expiret reseruatio, & inducatur affectio? tunc dicemus, quòd affectio est quędam tacita reseruatio, & erit differentia hæc tantum inter reseruationem,& affectionem,quæ est inter tacitum & expressum.

11 Quomodo autem canonicatus † & præbenda afficiantur sine reseruatione per mādata Papæ de prouidendo,seu manus eius appositionem, ponūt tex.in c.si capitulo, vbi loquitur de beneficio affecto,& in c.executor,& in c.soli,de concess.præb.in
12 sexto.Et quomodo de beneficijs † affectis prouisiones etiam Papæ valeant nulla facta mentione affectionis? vide plene per Philip.post Dominicum, & alios,in c.si postquam de præben. in 6. & in vna
13 eademque gratia † eodem tēpore possunt tria concurrere, quorum quodlibet de per se afficeret, ut est text. in c.dudum, quem ibi Philip.post Petr.de Anchar.notat,de præbend. in 6. videlicet canonicatus per Papæ reseruationem, & decretum, quæ omnia afficiunt præbendam vacaturum.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Differentia. *vid. Mandos. in 5. quæst. proœm. reg.Cancell.optime per Gomes. decis.manuscrip.1.de concess.præbend. lib.2. & Bursat. consil.126.num.*
14 *62. lib.2.semperque nota, quòd † beneficium affectum impetrans, qualitatem istam exprimere debet,*

alioquin gratia erit subreptitia, Rebuff. in prax. benef. in forma signat. simplic. in uerb. affectum, quam sequitur Menoch. cas. 201. numero 128. ibi, decimotertio de arbitr. Iud.

Priuatio an includatur in clausula reseruationis per cessum, vel decessum?

SVMMARIA.

1 *Priuati beneficia an comprehendantur in hac clausula reseruationis? limita vt num. 4. & 5.*
2 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali?*
3 *Gratia debet restringi ad casus expressos.*
4 *Permutatio beneficij an in dicta clausula contineatur?*

QVÆST. LXV.

SI reseruantur beneficia quæ vacauerint per cessum, vel decessum, quæritur si vacent per priua
1 tionem, an † comprehendantur in illa speciali reseruatione? Tho. Fastol. dub. 40. determinat, quòd
a non [a], quasi mors † ciuilis hoc casu non æquipare
2 tur naturali, per gl. in c. placuit. 16. q. 1. & quia duos
3 casus tantum expressit, ad quos † gratia debet restringi. l. commodissime. ff. de lib. & posth. idem refert & sequitur Pauin. in tract. de potesta. capit. sede vacante, in 7. prælud. in 3. col. versi. & beneficia vacantia per cessum, Felin. in c. in nostra, in 26. colum. 36. corella. versic. fallit quinto, de rescript.

&ita

& ita vidi iudicari quando casus contigit.

Si tamen in reseruatione cessent illa verba per
4 cessum, vel decessum, vel quamuis † aliam amissionē, tunc omnis modus vacandi comprehenditur, ita Pauin. in loco supradicto in penult. col. versi. similiter verbum, allegat Archidiaconū in c. indemnitatibus, de elect. lib. 6. Idem dicendum esset, si ap
5 posita foret clausula, † quæ communiter apponitur, vel alio quouis modo vacet, quia tunc omnis vacandi modus comprehenditur, iuxta no. in c. susceptum, de rescript. in 6. Ita extendit vt comprehendat priuationem. D. Maria. Socin. in consil. 32. 13. colum. versic. vlterius de reseruatione.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Quod non. *sequitur Aeneas de Falcon. tract. reser*
6 *uat. 1. q princ. nu. 4. An † autem retentis huius clausulæ terminis, beneficium vacans per cessionem ex causa permutationis includatur? vide Pute. decis. 262. In vna Illerden. lib. 2. vbi dicit maiorem partem Dominorum Auditorū tenuisse pro affirmatiua, ipso, & D. Aquens. (rationibus haud contemnendis) repugnātib.*

Clausula in reseruatione, quòd vnum, duo, tria, plurave beneficia possint acceptari, quomodo intelligatur?

SVMMARIA.

1 *Clausula quòd vnum uel plura in reseruatione posita*

sita, quo pacto intellecta?

2 *Pluralis locutio duorum numero est contenta, limitat vt num. 5.6.& 8.*

3 *Stylus Curiæ vtitur in reseruationibus clausula quòd vnum vel plura &c.& quomodo interpretetur? num. 8.*

4 *Reseruatio est fauorabilis quando motu proprio conceditur.*

7 *Iterum dictio bino actu completur.*

9 *Gratia alicui concessa vt non obstante priori beneficio possit plura obtinere, quomodo intelligatur?*

10 *Gratia fauorabilis redditur ex clausula motu proprio.*

QVÆST. LXVI.

1 IN reseruatione sæpe ponitur clausula, † quòd quis acceptare vnum,duo,tria,vel plura beneficia vsque ad valorem 200.ducatorum possit,quæritur vigore illius clausulæ (aut plura) quot beneficia acceptare valeat? Bald.consi.342. incip. super dicto puncto, in quinta parte,tangit hanc quæstionem,& quamuis reseruatio esset concessa in quinque ciuitatibus,tamen audet consulere quòd duo tantum beneficia possit accipere, per rationem,nã
2 pluralis † locutio duorum numero est contenta. l. vbi numerus.ff.de testib.l.hęc adiectio, de verb.signifi.quia alias multorum stipendia absorberet,qđ est iniquum,ideo stricte est intelligenda vt ibi per
3 eum.Tñ cum stylus † Curię hac reseruationis forma

ma vtatur, & motu proprio reseruatio concedatur. secundum ea quæ superius dicta sunt, non potest iudicari † nisi fauorabilis, a & ideo large
4 test iudicari † nisi fauorabilis, a & ideo large
a de omnibus beneficijs intelligi debet, vt in c. si propter tua debita, & in c. si gratiose, de rescript. in 6. vbi gratiæ de fructibus beneficiorum, vel retentionibus beneficiorum intelliguntur de omni-
5 bus, Secundo quia pluralis † locutio quando ex præcedentibus vel sequentibus percipi potest, vltra duos semper extenditur; vt disponentis sermo verificetur: ita Geminia. in c. cum plures per illum text. de offic. deleg. in 6. Hic vero ex præcedentibus satis intelligitur, dum expressit vnũ, duo, triave beneficia, ergo plura tribus aperte intellexit, & cum indefinite ponat, ita capietur. Tertio,
6 pluralis † locutio secundum subiectam materiam verificatur per textum in l. veluti, §. hæc vox, ff. de
7 edendo. Nam dictio † iterum, de qua ibi in text. bino actu completur, & est gl. in c. tua nobis, quam ibi commendat Abb. de appellat. & tamen text. ibi exponit verba prætoris, quod iterũ faciẽda sit editio, & toties quoties opus fuerit, ergo simpliciter illa dictio plura verificabitur in tot beneficijs
8 quot opus fuerit. Et ita etiam stylus † interpretatur: & in Rota meis temporibus semper obseruatum est. & pro hac sententia est opinio Archidiaconi, Ioan. Andr. & Imol. in c. quamuis §. 1. de præbend. in 6. vbi volunt, quod prouisio de beneficijs vsque ad certam summam vt ibi loquitur tex. non solum possit fieri in duobus, prout existimat Io. Monach. per c. is cui, de præbend. eod. tit. in 6.

cui

cui Franc. consentit in c.pro illorum.2.colum.11. quæst.de præbend.vbi Ioan.And.& Archidiacon. refert,& sequitur, sed etiam in pluribus.

Nec his aduersatur quod tradit idē Collect.in c.
9 tuis in 4. q.de prob.vbi dicit ꝙ si concessa † sit alicui gratia, ꝙ non obstante priori beneficio, possit obtinere vnum, duo,& plura beneficia,ꝙ solū poterit consequi quatuor beneficia vltra primū, non autē sex,vel decē, quia pluralis locutio duobus cōtenta est,reg. pluralis,de reg.iur.in 6.quia non loquitur in genere restricto ad certam summam, de qua voluit Papa prouidere. Nam si dispensatio non restringeretur,posset impetrans omnia beneficia capere,quod esset contra intentionem Papæ,& contra c.quamuis de præbend.in 6. Et ideo satis erit illi si quinque beneficia poterit obtinere. Hic vero gratia frustraretur, cum beneficia.magni valoris pro implenda gratia non vacarent.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

7 a Fauorabilis, *dicimus enim † gratiam fauorabilem reddi ex clausula motu proprio, Aegid. decisio. 746. in fine, Mil. in verb. gratia motu proprio. dec. consil. 341. num. 5. Rebuff. in concord. sub rubr. de forma mandati Apost. in 1. effectu. Intellige tamen vt per Gabrielem de clausul. conclus. 2. numero 61. cum quatuor seqq.*

Contrarium in terminis, hoc est reseruationem quamuis proprio motu factam, odiosam nihilominus

rema

remanere, firmauit Aene. de Falcon. tracta. reseruat. præludio 2. & qui illum sequitur Gabr. d. in loco, nu. 65. vid. tamen per nos addita sup. q. 5. nu. 36. & seq.

Clausula ad collationem quorumcunque collatorum, quomodo intellecta?

SVMMARIA.

1 *Beneficia ad collationem vnius tantum an veniant stante clausula quorumcunque?*
2 *Plures dictio in diuersas singularitates distribuitur.*

QVÆST. LXVII.

IN reseruationibus solet dici, reseruamus bene-
a ficia ad collationem quorumcunque:[a] quæ-
situm fuit a Bald. (etsi non esset quæst. eius, illam
1 non scriberē) an veniant † beneficia ad collationē
2 vnius tantū? & respondit ꝙ sic, quia plures † ille nu
b merus in diuersas singularitates [b] distribuitur, vt
per Bart. in l. falsa, §. fin. ff. de condit. & demonstr. ita respondet Bald. consil. 242. in 3. part. secundum impress. Mediolanen. & ibi apparet quod etiam illis temporibus concedebantur gratiæ iuxta stylum præsentem, & longe pinguiores.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Quorumcunque. *vid. Pute. decis. 164. fuit dubitatum, lib. 2.*

b Sin-

b Singularitates. *his congrua eße scimus a Doctissimo D. Mandos. Patre cumulata, 3. in quæstione 3. regul. Cancellar.*

Clausula, ad collationem &c. an intelligautr grauare Collatores in his, in quibus collationem habent de de iure speciali?

SVMMARIA.

1 *Collatores ex iure speciali an includantur sub clausula ad collationem? & num.2.limit..vt num. 3.*

4 *Gratia generaliter concessa, debet generaliter intelligi*

QVÆST. LXVIII.

AN videantur grauati Collatores in his tantum, in quibus habent collationem de iure communi quæritur? & Cardinal. Floren. in Clement, si de beneficio, in 5. quæst. de præbend. concludit quod tantum intelligatur vbi de iure com
1 muni ad Collatores spectat prouisio, secus † si iu-
a re speciali [a] vel ex priuilegio: quia de his non videtur sensisse Papam, argument. c. 1. de constitutio. lib. 6. & idē repetit in 11. q. vers. oppono ad 3.

Sed Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de actio. & petitio. §. super petitionibus circa finem §. in additio magna, in versic. item si caute, tenet
2 † contrarium. Idem tenet gloss. in c. si clericus, §. final. quam ibi Dominic. & Philip. in 2. not. de præ-

præbend. in 6. referentes Ioan.de Imol. idem velle in c. cum illis per illum text. de præbend. in 6.
3 limitant † vbi perpetuo ius conferendi ex priuilegio,vel iure ſpeciali, puta præſcriptione compe-
4 teret,quia gratia † generaliter conceſſa,debet generaliter intelligi,ſecus ſi iure ſpeciali, & temporali competeret, puta ex indulto ad vitam concedente ius conferendi Epiſcopo,vna cum inferioribus, quia de eo Papa non videtur ſenſiſſe, & ita procedere poteſt opinio Cardinalis.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Speciali. *vid. Pute. deciſ. 164. fuit dubitatum coram D. Peregrino, lib. 2*

Clauſula, pro iſta vice reſeruamus quomodo intellecta.

SVMMARIA.

1 *Verba reſeruationis pro ea vice, quomodo intelligantur?*
2 *Simoniace qui fuit etiam ignoranter prouiſus, eſt inhabilis ad illud beneficiũ obtinendum,& nu.3.*

QVAEST. LXIX.

1 Qværitur,ſi Papa aliquod † beneficiũ quãprimũ vacare contigerit,pro ea vice reſeruauerit

uerit, quomodo illa verba pro ea vice intelligantur, Petr. de Anchar. consil, 399. paulo ante finem dicit quod debent intelligi, id est ea vacatione, a adeo vt si inutiliter [a] prouideret, duraret prima vacatio, & per consequens etiam reseruatio. Et quod ipse non dicat hoc clare probatur in c. 1. de elec. b vbi qui fuit simoniace [b] † etiam ignoranter pro-
2 uisus, pro ea vice est inhabilis ad illud beneficium obtinendum, exponit hæc D. Abb. post alios, id est tota illa vacatione, & nisi verba in reseruatione ita intelligerentur, nullius esset fere momenti.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Inutiliter. *c. inter dilectos, de exceß. prælat.* Parif. *consil.* 47. *numero* 39. *& seq. volum.* 4. *Rebuff. in prax. benefic. tit. de reseruat. num.* 30.

b Simoniace. *vid. gloss. in verbo nequeat. in cap. post translationem, ibi, sed cum simonia commissa, vbi post liberam resignationem per ipsum factam, potest Episcopus dispensare. Abb. autem in c. ex insinuatione de simonia, ibi in gloss. in versicul. elegerunt, di-*
3 *cit dispensare Episcopum posse † vt habeat aliud beneficium, non autem illud in quo simoniam commisit. plura adducere possemus, præsertim ex eo quia simoniæ causam valde arduam tallerorum mille per Virum auctoritatis non obscuræ pro acquirendo beneficio in Ciuitate Colonien. solutorum, patefactam habemus: sed temporis angustia nos vrget ut Auctoris Tractatum absoluamus.*

Clau-

Clausula ad collationem Ordinarij vel alterius, quomodo intelligatur?

SUMMARIA.

1 *Reseruatio ad collationẽ alterius, intelligitur quoad possessionem.*

2 *Possessio attenditur quoad ius.*

QUAEST. LXX.

RESeruatis beneficij ad collationem Ordina-
1 rij, vel alterius, intelligitur quoad † posses-
sionem, non quoad proprietatem: quo enim ad
2 ius, † attenditur possessio, [a] vt per Rotam decis.
quinta, de præbend. in antiquior. quæ computatur 49. de rescriptis, in antiquis. idem firmat Aegid. decisione 128. Lap. alleg. 89. & 132. Calderin. consilio 23. de præbend.

APPENDIC. PAULI GRANUCCII.

a Possessio. *uide Dec. consi. 153. incip. In effectu quæritur. item cons. 117. & 126. in cã D. Francisci, & hãc esse omnium opinionem testatur Lambertin. de iure patron. artic. 1. quæstione tertia, parte prima, lib. 2. præsertim num. 7. poteris pariter uidere addita per Dom. Mandos. ad Lap. supra indicatum.*

Clausula ad collationem cuiuscunq;, præterquam Episcopi, an intelligatur procedere si collatio spectet ad Episcopum & Capitulum simul?

SVMMARIA.

1 *Reseruatis beneficijs ad collationem cuiuscũque, præterquam Episcopi, an si collatio spectet vna cum Capitulo, reseruatio locum habeat?*

2 *Capitulum an gaudeat Episcopi priuilegio?*

3 *Alternatiua Episcopo concessa, prodest & Capitulo, in collationibus ad vtrunque spectan. dato quòd ex conuentione Ordinarij menses essent inter eos diuisi. num. 4.*

5 *Episcopus si semel alternatiuam acceptauit, non potest illi renunciare in Capituli præiudicium.*

6 *Alternatiua non valet litteris non expeditis.*

7 *Indultum Cardinali Episcopo concessum conferendi omnia beneficia ad se & Capitulum coniunctim & diuisim spectantia, an locum habebit in beneficijs ad Episcopum vti canonicum spectantibus? & quid si dimidia electionis ei spectet? num. 8.*

9 *Capitulum si habet collationem cum Episcopo, non potest sine Episcopo, vel illo contradicente prouidere, sed cogere potest Capitulum ad se congregãdum pro collatione facienda. num. 10.*

11 *Episcopus qui habet collationem cum Capitulo communem, an possit cum Capitulo in ipsa electione interesse?*

QVAE-

QVAEST. LXXI.

1 Beneficijs reseruatis † ad collationem cuiuscunque, præterquam Episcopi, quæritur si beneficia sint ad collationem Episcopi, & Capituli simul, an intelligantur reseruata: an vero Capitulum pro
2 pter communionem cum Episcopo, gaudeat † Epi-
a scopi priuilegio [a] ? Calderin. consilio 22. de præbend. per multa determinat quòd sic, quem refert & sequitur Felin. in capitulo primo, in quarta columna, de præscriptio. per glo. in l. si communem. ff. quemad. ser. amitt.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Priuilegio. *sequitur & Pauin. de potestat. capit. sede vacante, quæst. 10. num. 23. atque Pute. decis. 88.*
3 *In vna Tirasonen. lib. 3. subdens, alternatiuam † Episcopo concessam, Capitulo pariter prodesse in collationibus ad vtrunque spectantibus, extendens id proce-*
4 *dere, dato † quòd ex conuentione Ordinarij menses essent inter eos concordissime diuisi, quodque facta per*
5 *Episcopum electione † fruendi alternatiua, non possit dicere nolo ea vti, & menses Ordinarios habere in Capituli præiudicium, & vide in materia eundem decisio. 172. Eadem die, lib. 3.*
6 *Illud nota, quòd alternatiua † non valet litteris nõ expeditis, Mohedan. decis. 203. Alternatiua, firmans obicem ei e e quoad beneficij collationem.*

7 *Quid si concedatur Cardinali Episcopo † indultum conferendi omnia beneficia ad sui Capituli collationem coniunctim & diuisim spectantia, an habebit locum in beneficio spectante ad Episcopum vti canonicum? pro negatiua vide Mohedan. decisio.24. In vna Terraconen. & Io.Pau.decis.28.Terraconen. canonica*
8 *tus, licet secus esse aperiant quando † dimidiata vox ad Episcopum cum Capitulo residuam habente perti-*
9 *neret. Ibiq; tradunt hoc vltimo casu, Capitulum † sine Episcopo, vel ipso contradicente prouidere non posse, licet pro collatione facienda valeat Capitulares coge-*
10 *re, † vt vnum in locum se congregent.*
11 *An autem Episcopus † tunc possit cum Capitulo collationi intereße? uide Pute.decis.117.Collatio.lib. 3.negatiuam complectentem.*

Reseruatis canonicatu & præbenda cum præstimonijs quæ duxerit acceptan. nunquid vnius Canonici præbendam possit quis acceptare, nec non & alterius præstimonium?

SVMMARIA.

1 *Gratiæ tot sunt, quot res.*
2 *Clausulæ quæ duxeris acceptanda effectus.*
3 *Præstimoniorum ualoris an mentio fieri debeat in impetratione?*

QVAEST. LXXII.

Canonicatu & præbenda vna cum præstimonijs vnius Canonici cedentis, vel decedentis cum

cum facultate acceptandi reseruatis, potest reseruatiuus vnius Canonici præbendam acceptare, &
a alterius præstimoniũ [a], quia tot sunt gratiæ,† quot
1 res,argum.l.scire debemus,de verbor.obligatio. &
2 ideo clausula † quæ duxeris acceptanda, cum ad duplicem gratiam referatur, poterit reseruatiuus separatim & successiue modo vnum, modo alium acceptare,ita Rota decisio.5. de præbend. in antiquis, & latius decisione 20. de concess. præbend. in antiquioribus.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Præstimonia. *de quibus vide plura per Mandos. coaceruata,in 12.q.34.reg.de annali,& q.38. num.7. reg.16 & Menoch.vbi mox referam.*

3 *Et de illorum valore an † mentio fieri debeat in impetratione? vide Gambar.de lega.lib.6.nu.352.folio 186.qui ex Felin.in c.ad aures,de rescript. affirmatiuã amplectitur,sed vide Menoch.de arbitr.iudic.cas.201. nu.55.& 56.atque Mandos.in locis iam dictis.*

Clausula non obstante, etiam si sint generaliter, vel specialiter reseruata, quomodo intelligenda?

SVMMARIA.

1 *Clausula non obstante,etiam si generaliter, vel specialiter,&c.intelligitur vt hic,& nu.2.& 4.*

3 *Papa nunquam per has clausulas ius quæsitũ tollit.*
5 *Gratia specialis est triplex.*
6 *Clausula non obstante, an tollat specialem gratiam pro certa persona?*
7 *Clausula de qua hic, an beneficia in Curia comprehendat?*

QVÆST. LXXIII

1 Clausula non obstante,† etiam si sint generaliter, vel specialiter reseruata, non includit reser
e uationem in corpore iuris [a] clausam, prout etiam c.2. de præbend. in 6. quia vt Lap. ibi dicit, & Dominicus refert, inoleuit stylus Curiæ, vt de ea fiat specialis mentio, tanquam speciali nota digna. l. itẽ apud Labeonem. §. hoc edicto, de iniur. Intelligitur ergo de generali reseruatione, ratione Prouinciarum, & locorum.
2 Similiter non intelligeretur † de reseruationibus specialibus super certo beneficio, pro certa per
3 sona: quia per huiusmodi clausulas † Papa nunquam ius alteri quæsitum tollit, vt per Ioan. Monach. in Extrauag. Bonifac. incip. Dudum, super verbo reditus, per c. cum olim, de consuet. Sed intelli-
4 getur de speciali † super certo beneficio, non tamen pro certa persona, ita concludit Gemin. consi. 12. quòd intellige prout declarat Aegid. consi. 33.
5 col. 9. vbi triplicem † esse asserit specialem gratiã.
6 & clausula † non obstante non tollit specialem gratiam pro certa persona quæ iam acceptauit, & est ei prouisum. Alioquin non potest dici illi ius quæ-

situm,

ſitum,& per collationem Papæ illi præiudicaretur, c.pen.& c.dudum,de præbend.in 6.

APPENDIC. PAULI GRANUCCII.

a Iuris. *& an beneficia vacantia † in Curia compre-*
7 *hendat? dixit ſupra q.4.num.15.*

Reſeruatio ad vacatura, an intelligatur etiam de vacantibus?

SUMMARIA.

1 *Reſeruatio ad vacatura,trahitur ad vacantia.*
2 *Imola vbi hic exploditur.*

QUÆST. LXXIIII.

Clauſula reſeruationis ad beneficia cum vaca-
1 uerint,trahitur † etiam ad vacantia [a],quia ex
a quo vacant tempore datæ,dicũtur etiam in futurũ vacare.l. verbum erit,de verbor.ſignific. & ita dicit glo.in Clement.1.in verbo,notitia,ad fi.de conceſſ. præbend.cum qua tranſeunt ibi Doctores, & Imo. in l.Titius. §.latius. ff.de liber. & poſthum. & in l. hoc articulo,de hæred.inſtit. & in l,ſi ita legatum, de condit.& demonſtra.Geminian. & alij in cap.ſi propter.§.debita,in vltima columna, de reſcript.in
2 ſexto,licet aliter ſentiat † Imol.in l.hæc conditio filiæ meæ. ff. de condition. & demonſtration. ac

D.Alexan.in d.§.latius,post Bald.& Ange.id dicit, prout & in consil. 146. in penult.colum.5. volum. quem D.Iason allegat,& sequi videtur in d. §. Lucius,3.not.& Baldus eandem distinctionem firmat in d.c.constitutus, in penult.colum. versic. quærit Collect.de rescript.vbi Collecta.in prin. refert Doctores tenere quòd multo magis de vacanti Papa voluerit intelligere,licet ipse referat audiuisse quẽdam Doctorem solemnem distinguere prout supra dictum est, ac cum eo transeat.

APPENDIC. PAVLI
GRANVCCII.

2 Vacantia. *sequitur Mandos.in præfatione 26.reg. Cancell.num.4.*

Clausula ad collationem quorumcunque, quo pacto intelligatur, si beneficia sunt in vna Diœcesi,collatores vero in alia?

SVMMARIA.

1 *Clausula, ad collationem quorumcunque &c.recipit benignam interpretationem,& intelligitur etiam quod Collatores alterius sint Diœcesis.*

QVÆST. LXXV.

1 Clausula ad collationem † & dispositionem Collatorum, & Collatricum quorumcunque, in

in Lugdunen.Gabillonen.& Gratianopolitan.Ciuitatibus & Dioecef. consisten. quomodo intelligatur, quādo beneficia sunt in Dioecesi expressa, Collatores vero sunt in alia Dioecesi? Ludouic.Roma. consi.376.plene prosequitur, & ex multis concludit in benigniorem [a] interpretationem, vt veniant beneficia dummodo sint in dictis Dioecesibus, licet Collatores sint de alijs Dioecesibus, & pro Ludouico faciunt quæ habentur per Abb. & alios in c.pro illorum,2.col.ad fin.de præbend.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Benigniorem.*sequitur Fel.in c.postulasti.in fi.ver. adde,de foro compet.& Steph.Bertrand.conf.38.Præsupponitur,in 1.dub.volum.3.prout D.Mandos. ad.d. Romani consil.376.incip.Quæstio est, annotauit.*

Clausula non obstantibus reseruationibus quibuscunque, an trahatur ad futuras?

SVMMARIA.

1 *Clausula non obstantibus reseruationibus quibuscunque, vtrum ad futuras reseruationes trahatur?*
2 *Indefinita quando non trahatur ad futura?*
3 *Clausula non obstan.in secunda prouisione, tollit præteritas, & quomodo?*
4 *Clausula derogatoria præcedentia respicit, non futura.*

Clau-

5 *Clausula non obstante ea derogarē solet ad quæ refertur?*

QVÆST. LXXVI.

1 CLausula non obstantibus † quibuscunque re-
a seruationibus, vtrum trahatur ad futuras a reseruationes? Collector in decis.3 2. de præbend. in antiquis, in penul. & vltima colum. pluribus fundamentis conatur ostendere quòd sic: Tamen obstat doctrina Bartol. in l. si ita. ff. de auro & argen.
2 leg. in penult. colum. dicens, quòd vbi agitur † de magno præiudicio, & quæ futura erant poterant verisimiliter prouideri, indefinita tunc non trahitur ad futura. Et ideo cum hic ageretur de magno præiudicio eorum quibus in posterum essent concessæ reseruationes, quæ, quales, & quot essent concedendæ, & quibus, item quibus ex causis essent concedendæ non poterat uerisimiliter prouideri, ideo ad futuras ista clausula extendi non debet.

Secundo obstat, quia & in futuris ponitur clausula non obstante &c. quæ omnium iudicio tollit
3 † præteritas, quæ si sunt sublatæ, non possunt posterioribus derogare, vt traditur in cap. 1. de exceß. prælat. & in l. unica. C. quando Imper. int. pupil. & uid. ac per Bar. in Extrauag. Ad reprimendum, uersic. non obstante. Et defectus uoluntatis, qui arguitur ex clausula non obstante in prima gratia posita, prout dicit Collect. in d. decis.3 2. ad fin. tollitur ex eadem clausula in secunda gratia posita, ex qua arguitur uoluisse omnino ualidam esse secundam gra-

tiam,nec priorem ei obstare.Quo fundamento defectus uoluntatis sublato,reliqua fundamenta Collectoris penitus corruunt.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Futuras. *natura † quippe clausulæ non obstante, seu derogatoriæ,præcedentia respicit,non autem futura,Bal.consi.495.Quædam Domina,nu.2. vol.5.Soci. consi.52.super hac,col.2.ver.ex his,& col.4.lib.3.Parif.consi.91.videtur primo,nu.4.lib.3. Quocirca optime Germanos sibi prospexisse dicendũ est, qui in Concordatis addi fecerunt clausulã factis & faciendis non obstantibus,prout principio diximus.q.1.sub nu.4.cũ*
5 *regulariter clausula † non obstante his derogare soleat,ad quæ refertur,Bar. in Extrauag. ad reprimendum,verb.non obstante, Bursat.consi.266. licet alias, numero 19. libro 3.*

Clausula in dominio, uel terris talis Principis; quomodo intelligatur?

SVMMARIA.

1 *Clau ula in dominio, vel terris talis Principis, quomodo intellecta? & nu.3.*
2 *Clausula motu proprio,operatur vt dispositio largissime interpretetur?*
2 *Verba in dominio, vel terr is, intelligi debent quoad vniuersalem administrationem.*
4 *Verba debent intelligi secundũ cõem vsum loquẽdi.*

Loca

5 *Loca illa intelliguntur in dominio, vel terris, in quibus aliquo modo habet quis superioritatem.*

QVÆST. LXXVII.

IN reseruationibus ponitur quandoque clausu-
1 la secundum facti varietates in dominio † vel terris talis Principis, puta Venetorum, aut similis, quomodo dicta clausula intelligatur? In facti contingentia fuit iudicatum quòd licet multorum forsan sint loca particularia, tamen large intellige-
2 tur, quia clausula, motu proprio, † qua hodiernus
a stylus [a] in reseruationibus communiter vtitur, facit, vt reseruationes, & illa omnia quibus apposita est, largissime intelligantur, vt in capitulo si pluribus, & ibi per Ioan. Andr. de præbend. in sexto, & Roman. consilio 326. in secunda columna, ad fin. versic. hoc autem esse verum.

3 Secundo, quia illa † verba debent intelligi quoad vniuersalem administrationem, vt in l. de precio, ad leg. Rod. de iact. & per glo. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscriptio.

4 Tertio, quoniam verba † debent intelligi secundum communem vsum loquendi, capitulo ex litteris, de sponsal. l. librorum. §. quod cum Cassius, de
5 legat. tertio. Et illa † loca (attento communi vsu loquendi) dicuntur esse in dominio, vel terris Venetorum, in quibus aliquo modo habent superioritatem, & ad hoc facit capitulum primũ, cum ibi notatis, de postulat. prælat.

AP-

APPENDIC. PAULI GRANUCCII.

a Stylus. *de quo supra quæstio. 5. nu. 23. pariter sermonem habuit.*

Expectans Apostolicus & reseruatiuus si eodem die concurrant, quis præferatur?

SUMMARIA.

1 *Expectantium quis præferatur, an Apostolicus an vero reseruatiuus?*

2 *Collatio Papæ habet in se tacitam conditionem, dummodo alteri non sit ius quæsitum, & quid importet hæc clausula? num. 10.*

3 *Papa donando alteri potestatem conferendi, sibi non adimit.*

4 *Collatio Papæ, & illius Commißarij si in data concurrant, collatio Papæ præfertur.*

5 *Collatio facta expectanti ab executore deputato à Papa, collationi Papæ in concursu postponitur, & quid si acceptatio præcessit? num. 6.*

7 *Conditio tacita insurgens ex eo quòd Papa nulli intendat præiudicare, an ab eo verificanda sit cui Papa prouidit?*

8 *Actore non probante, Reus absoluitur.*

9 *Conditiones quæ tacitæ insunt, actum conditionalem non faciunt.*

11 *Dictio dummodo apposita actui perfecto, conditionem nunquam importat.*

Reser-

12 *Reseruatio in momento statim operatur.*
13 *Tempora duo in expectante considerantur.*

QVÆST. LXXVIII.

1 QVæri † solet si concurrunt eadem die expectans Apostolicus, & reseruatiuus, quis eorum præferatur [a]? Aegidius decis.
a 215. & 235. putat quod si eadem die reseruat Papa beneficium, & expectans acceptauit, & executor ei contulit, quod expectans præferatur: eas decisiones refert Felin. in c. capitulum, colum. 15. ver sic. de duabus collationibus, de rescript. addens, quod ita bis fuit iudicatum in Rota temporibus suis. Et licet Aegid. in dictis decisionibus nullam exprimat rationem, huius rationem esse dicit Fe-
2 lin. ex aliquorum sententia, quia collatio † Papæ habet in se tacitam conditionem, quam prouisus ab eo non potest verificare, videlicet si non est alteri ius quæsitum. Et propterea expectans præferẽdus est: & ita etiam ego vidi obseruari.

Hæc tamen mihi nunquam placuere, nec enim ullam vim habere videntur, fatentur namque oẽs Doctores, quod si collatio Papę, & illius etiam speciales Commissarij eadem die concurrant de eodẽ
3 beneficio, quod ex quo dãdo † alij potestatem conferendi, Papa sibi non adimit, c. dudum, de pręb. in 6. propter maiorem prærogatiuam præferetur 3
4 † collatio Papæ iuxta c. si a Sede de præbend. in 6. vbi Lap. Dominicus & alij, ex ratione illius tex. fir-
5 mant † collationem factam expectanti ab executore deputato a Papa, collationi ipsiusmet Papæ in concursu

concursu postponi& probat text. in cap. hi qui au thoritate.de præbend.in 6.iuncto c.dudum, uersi.
6 nos igitur,& d.c.si a Sede. Nec expectantis † acceptatio si forsan præcessisset, collationem Papæ impedit:ut per Rotam decisio.16. de præb. incipien. licet de more,in nou.

Non obstat ratio quam aliqui considerant ut Felin.dicit,quia non debet profecto allegari, nam illa attenta,collationes Papæ in concursu omnibus deberent postponi,contra d.c.si a sede. Item inau-
7 ditum est quòd conditio † illa tacita quæ insurgit ex eo quòd Papa nulli intendit præiudicare. l.2. §. si quis a Principe.ff. ne quid in loco publico.l.cum olim,de consuetud.uerificari debeat ab eo,cui Papa prouidit.Nam ea attenta, possessores etiam sine titulo,iuxta l.fin.C.de rei uendicat. l.qui accusare. C.de edendo.c.1.ut eccles.benefic.tanquam Acto-
8 re † non probante,semper absoluerentur:cum prouiso a Papa esset impossibile tam longam & generalem rationem probare,quòd nulli in beneficio esset ius quæsitum.
9 Tertio,conditiones † quæ tacite insunt, actum conditionalem non faciunt. l.conditiones quæ extrinsecus.ff.de condit.& demonstrat.
10 Quarto, clausula † illa dummodo non sit alteri ius quæsitum, nullam ex alia causa importat conditionem, sed monitionem tantum: quoniam dictio
11 dummodo apposita actui perfecto, conditionem nunquam importat,ut per Rotam decis.1. de conditio.appos.per Io.Andr.& alios in c.non potest. §. 1.de præbend.in 6.

Quinto,

Quinto, vt dicunt Ioan. Andr. Dominicus & alij in capitulo si eo tempore, de electione in sexto, re-
12 seruatio, † in momento statim operatur, ergo reseruatiuus cui Papa ex nunc, prout ex tunc in euentum vacationis confert, impossibile est quòd non præuenerit, cum post reseruationem eadem die expectans acceptare, & executa conferre eodem momento non potuerit.

Sed hæc ratio non est generalis, vbi reseruatiuus etiam acceptare debuisset, nisi dicas quòd in reseruatiuo cum facultate acceptandi, non est tempus acceptationis tantum considerabile, cum immediate Papa illi prouideat. Sed in expectan-
13 te duo † semper sunt tempora consideranda, quæ interuallum requirunt, videlicet acceptationis tempus, & collationis faciendæ ab executore. Nec decisiones Aegidij quicquam faciunt in oppositum, quia loquuntur vbi simpliciter facta est reseruatio sine collatione, & eo die concurrit collatio executoris Apostolici, vt illa præferatur, prout etiam volunt multi Doctores, & Rota, de quibus in sequenti quæstione faciam mentionem.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Præferatur. *vide Pute. decis. 248. In vna Salamantina, num. 4. libro primo.*

Reser.

Reseruatio Papæ, & collatio Ordinarij si eodem die concurrant, quæ præferatur?

SVMMARIA.

1 *Reseruatio Papæ, & collatio Ordinarij si eodem die concurrant, quæ præferatur? & quid in reseruatione Legati? num.7.*
2 *Lex exponens ius exorbitans, non debet extendi.*
3 *Fundans se in tempore debet illud probare.*
4 *Reseruatio cum decreto ad impediendum Ordinarium tantum operatur quantum collatio.*
5 *Ratio vbi eadem militat, ibi & idem ius statui debet.*
6 *Socini consil.67.2.volum.explosum.*
7 *Reseruatio Legati cum collatione Ordinarij si eodem die concurrant, quæ præferatur?*

QVÆST. LXXIX.

1 IVxta prædicta quæri solet, quid si reseruatio
a † Papæ[a], & collatio Ordinarij eadem die concurrant, quænam præferenda sit? Hęc qō intelligi debet vbi est reseruatio sine collatione, alioquin obstarent.c.si a sede, & reliqua, quæ proxime dixi.

In hoc articulo Io.And. & Imol. in d.c.si a sede, (prout ibi refert Philip.ad fi.) sunt in ea opinione, quòd collatio Ordinarij præferatur, argumento illius text.a contrario sensu, dum loquitur de collatione Papæ: ergo vbi non est collatio Papæ,

Ordinarij collatio præfertur. Et quia illa lex po-
2 nens † ius exorbitans in collatione, quæ tribuit ius in re, non debet extendi ad reseruationem, per quam & decreti interpositionem, & etiam acceptationem non tribuitur ius in re, vt probatur in c.fin. §.fi. quem ibi notat Philip. de conceſſ.præbend. in
3 6. Et quia qui fundat se in tempore, † debet illud probare, iuxta glo.in clem.fi.de reſcript. Hanc opinionem tenet Cardinal.Floren.conſi.61. incip.casus super quo iuris conſi.petitur, ad finem, & videtur sequi Felin.in d.cap. capitulum, verſic.de duabus collationibus.ad fi.verſ.Sed Lap.ibi, Petrus de Anch.Dominic.& Philip.tenent contrarium, quia
4 reſeruatio † maxime cum decreto, ad impediendũ Ordinarium tantum operatur quantum collatio.c. ſi eo tempore, de elect.in 6.c.ſi postquam, de præbend.eod.in 6.& ratio dicti c.ſi a sede, ita militat in reſeruatione, quemadmodum in collatione, nec
5 lex dicitur tunc extendi, cum eadem † ratio militet, vt per glo.in c.1.de tempor.ordin.in lib.6.verſic.Italiæ, in quam opinionem inclinat Collecta. in c.post electionem, verſic.quid ſi Papa, vel Legatus, de conceſſ.præb.vbi recitata opinione Ioan.Andr. putat eſſe tutius tenere distinctionem illius capituli, videlicet.capit.pręſenti, & c.ſi a ſede, de præb.in ſexto, quamuis per errorem impreſſorum allegetur c.ſi pauper clericus, eod.tit.& ſic Collect.extendit text. loquentem in prouiſione, ad reſeruationem. Solam tamen primam opinionem tenet Rota deciſio.29.de reſerua.in antiquis, in primo dicto, vbi loquitur de reſeruatione Papæ, & collatione exe-

cutoris Apoſtolici. Idem tenet Aegid. in deciſionibus, in proxime ſuperiori quæſtione allegatis, qui in iſtis terminis tantum loquitur, & non vbi cum reſeruatione interuenit collatio, prout multi hactenus exiſtimauere.

Non ommitto, quòd Dominus Bartol. Socinus conſilio 67. in ſecundo volumine, attentauit vnam nouam opinionem, quòd vbi eſſet reſeruatio Papæ motu proprio cum decreto & collatione in euentum vacationis, quòd ſi concurreret eadem die cum collatione Ordinarij, etiam ſecuta poſſeſſione, quod prouiſio Papæ deberet eſſe prior, quod eſt contrarium illi text. in dicto capitulo ſi a ſe-
6 de, & in omnem euentum contra illud † conſilium ſemper iudicatum eſt in Rota, cum friuolis, & vanis argumentis moueatur.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Papæ. *quid in reſeruatione † Legati? recurrere*
7 *non te pigeat ad Gambaram de legato, lib. 4. quæſtione 34. num. 147. & ſeq. fol. 110. vbi pariter de Papæ reſeruatione tradit.*

Beneficium idem an poſſit bis pro eodem ex interuallo reſeruari?

SVMMARIA.

1 *Beneficium poteſt etiam bis pro eodem reſeruari.*

2 *Gratia geminata censetur concessa motu proprio.*

3 *Reseruationes omnes motu proprio hodie conceduntur.*

QVÆST. LXXX.

1 Item beneficium potest † nõ tantum semel, sed etiam bis ex interuallo per Papam pro eodem reseruari,& sublata vna reseruatione,alia remanebit:ita Rota decis.42.de præbend.in antiquis,in 1. dubio,argumen.no.in c.ita quorundam.de Iudęis, & vltra rationes illius decisionis, dic quòd geminatio eiusdem reseruationis secundum illa tempo-
a ra multum operabatur, quia gratia geminata a
2 † censetur concessa motu proprio,vt per Bald.in l. nec damnoso.C.de precib.imper. offer.de quo exclamat Ludouic. Roman. in l.si vero. §. de viro,i n 31.fallent.ff.solut.matrimon.& habetur per Dom. Alexan.& Modern.in l.3. in princip.ff.quòd quisque iur. per text. in §. & hic vero prohibemus, in Authent.vt nulli iudic. collatio.9. Hodie vero hoc non esset in consideratione,cum omnes reseruatio-
3 nes † motu proprio concedantur: & vide Felin.in c.fin.in 4.colum.10.not.ad fin.de testib.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Geminata. *vide Gabriel. de clausul. conclusio. 2. num.109. cum seqq. & diximus supra quæstione 5. numero 19.& 39.*

Facul-

Facultate conferendi quamuis ample concessa, an reseruata comprehendat?

SVMMARIA.

1 Conferre quis potest deuoluta, non autem reseruata ex facultate conferendi beneficia qualitercunque vacantia, limita vt num. 2. & 3.

4 Facultate concessa Legato dispensandi cum iniuste beneficia obtinentibus, & de nouo conferendi, illa non extenditur ad reseruata.

5 Facultas conferendi beneficia, etiam motu proprio concessa, non extenditur ad reseruata.

QVAEST. LXXXI.

1 Si sit concessa facultas † Legato, vel alij conferendi beneficia qualitercunque vacantia, poterit conferre deuoluta, † reseruata vero siue gene
2 raliter, siue specialiter non [a]. Rota decis. 3. de offic.
a legat. in nou. de qua meminit Dominicus in c. si in nulla, ad fi. de præb. in 6. & Aegid. decis. 106. Lap. alleg. 84. & Calderin, consi. 7. de præb. idem tenet Aegid. consil. 19. in penult. col. iuxta fin. vbi refert opinionem Dominorum fuisse, vt non procedat
3 † dicta conclusio, quando verba facultatis essent ita prægnantia, quòd ex eis videretur intelligi de reseruatis, vt si comprehenderetur in casibus facultatis exceptis supra.

Etiam conclusio procedit, si sit facultas cōcessa

4 Legato, vel alijdispensandi cum iuste † beneficia detinentibus, & eadem de nouo obtinen. conferen dis. Nam non intelligitur de generaliter vel aliter reseruatis, nisi specialiter concedatur, ita Aegid. decis. 149. & 150. & facit decis. 5. de offic. legat. in nou. & 4. eodem titulo in antiquis. Sed clarius, & expressius hæc multis argumentis prosequitur decis. vltima, de præbend. in nou. & Aegid. decis. 720. & de quibusdam decisionibus meminit Philip. in capit. dudum, in decimo not. de præbend. in sexto, vbi pro eis ponderat illum textum.

5 Rursus facultas † conferendi beneficia etiam motu proprio concessa, non extenditur ad reseruata, quia dicta clausula fortificat prouisionem, sed non ampliat, vt per glo. in d. Clement. per litteras, & Clement. si Romanus Pontifex, de præben. ita in terminis facultatis concessæ. Rota decis. vlt. de præben. in nou. Aegid. decis. 720.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Non *sequitur Aene. de Falcon. tracta. reseruat. 4. quæst. princip. effectu 6. num. 9.*

Facultas conferendi beneficia vacantia apud Sedem, an alia reseruata includat?

SVMMARIA.

1 *Facultas conferendi beneficia vacantia apud Sedem, ad ali-*

ad aliter reseruata non extenditur.

2 *Facultas conferendi beneficia spectantia Papæ, non comprehendit beneficia vacantia apud Sedem.*

QVÆST. LXXXII.

1 Legatus vel alius si habet facultatem conferendi beneficia vacantia apud Sedem, alia † reseruata conferre non potest. [a] Rot. decis. 1. de offic. leg. in antiquis. Et facultas † conferendi beneficia spectantia ad Papam, non comprehendit beneficia vacantia apud Sedem, vt per gl. Domin. & Philip. in c. quamuis, post glo. ibi in verbo, decedentium, de præbend. in sexto.

a

2

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Potest. *sequitur Aeneas de Falcon. in tracta. reseruat. 4. quæst. princip. 6. effect. num. 10.*

Facultas conferendi beneficia reseruata, quomodo intellecta?

SVMMARIA.

1 *Facultas conferendi beneficia reseruata intelligitur de generaliter & specialiter reseruatis, etiam de duplici reseruatione reseruata. num. 2.*

3 *Facultas conferendi concessa, large contra concedentem intelligitur.*

4 *Facultas conferendi beneficia reseruata non extenditur ad vacantia in Curia, etiam si amplissime, & cum clausula motu proprio emanaret, numero 5.*
6 *Facultatem habens ad reseruata, probare debet beneficium esse reseruatum, & vacasse in mense Apostolico.*
7 *Reseruationes vacantium in Curia sunt efficacissimæ.*
8 *Facultate concessa conferendi vacantia in Curia per cessum, vel decessum, an veniant vacantia per resignationem ad fauorem certæ personæ.*
9 *Papa non nisi illi conferre beneficium potest, ad cuius fauorem facta est resignatio.*
10 *Beneficia duplici modo reseruata, an veniant sub hac facultate?*

QVÆST. LXXXIII.

1 FAcultas conferendi † beneficia reseruata, intelligitur non solum de specialiter reseruatis, sed etiam generaliter, Rota de concess. præbend. decis. 9. in antiquis.
a Item facultas conferendi [a] beneficia reseruata,
2 intelligitur etiam de duplici † reseruatione reser-
3 uata, quia large † debet intelligi in præiudicium concedentis, ita Aegid. refert Rotam voluisse decis. 425, licet ipse sentiat contrarium, & Felin. in c. in nostra, in 6. correllar. ad fin. de rescript.
4 Hæc tamen facultas † restringitur, vt nunquam
b intelligatur de vacantibus in Curia [b] per obitum,

nisi

nisi exprimatur, per tex. in c. 2. de præb. in 6. & declarat Rota de conceß. præb. decis. 9. in antiquis, & Dominic. & Philipp. in d. c. 2. in 3. not. volunt hæc
5 procedere etiam si † amplissima, & generalissima adhuc sub motu proprio, & sub verbis multũ prægnantibus concessa sit, vt nunquam talia veniant, nisi exprimantur specialiter, per illum textum.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Conferendi. *nota quòd hanc habens † facultatem, probare debet beneficium eße reseruatum, & vacasse in mense Apostolico, Pute. decisio. 35. Die 8. Octobris, libro 1.*
6

b Curia. *ratio est, † nam reseruationes huiusmodi efficacissimæ sunt, Mandos. in præfatione 5. regul. Cancell. num. 2. addimus Gabriel. de clausul. conclus. 6. 18. effect. num. 90.*
7

8 *Quid si conceßa sit † facultas conferendi beneficia vacantia in Curia per ceßum, vel deceßum, nunquid veniant beneficia per resignationem ad fauorem certæ personæ vacantia? Pute. decis. 177. Die 14. Nouembr. lib. 3. vbi in fine dicit, Papam non poße † in hoc casu alteri conferre, quam ei ad fauorem cuius facta est renunciatio.*
9

Quantum vero ad hanc quæstionem attinet, vide Aene. de Falcon. quæst. 4. princip. eius tract. reseruat. effectu 6. num. 12. vbi num. præcedenti quærit, an beneficia † reseruata duplici modo, sub hac facultate veniant?
10

Facultas

Facultas conferendi beneficia ac si nulla reseruatio emanasset, an omnem reseruationem tollat?

SVMMARIA.

1 *Verba facultatis conferendi ac si nulla reseruatio emanasset generaliter sunt intelligenda.*

2 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*

3 *Expectanti si concessum est vt possit beneficia acceptare, ac si nulla reseruatio foret, omnes reseruationes erunt sublatæ.*

4 *Facultas conferendi Ordinarijs concessa, ac si reseruationes non emanassent, est fauorabilis.*

QVÆST. LXXXIIII

FAcultas conferendi beneficia, ac si nulla reseruatio emanasset, tollit omnem reseruationem
1 siue legis, siue hominis, quia illa verba † sunt generaliter intelligēda. Et si hominis reseruatio est sublata, multo fortius reseruatio legis, quia mitius
2 † agitur cum lege, quam cum homine, l. Celsus, de arbitris. Ita Rota decis. 25. de præb. in antiquis, di-
3 cens, quòd si expectanti † concessum est vt possit beneficia reseruata acceptare, ac si nulla reseruatio facta foret, quòd omnes reseruationes sublatæ sunt. Et hæc decisio multum facit ad ampliationē indultorum Cardinalium, in quibus eis cōceditur vt possint disponere de beneficijs vacantibus, perinde

inde ac si reseruationes & materiæ præuentiuæ nō emanassent. Et huiusmodi facultas † concessa Ordi-
4 narijs, cum tantum tollat obstacula, & impedimenta, censetur fauorabilis,[a] & large debet interpreta-
a ri, vt per Anch. consil. 131. incip. Ad exclusionem.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Fauorabilis. *conformant Cassador. decis. 3. 4. & 5. quæ incip. Commendauerat Papa, nu. 3. de priuileg. & decis. 8. Papa contulerat, nu. 5. de prebend. nec non Pute. decis. 162. Fuit dubitatum, num. 6. lib. 2.*

Vnica tantum dignitas si in Ecclesia collegiata reperit, an regula principales reseruans dignitates, in ea locum habeat?

SVMMARIA.

1 *Verborum á proprietate in dubio non debemus recedere.*

2 *Principales proprie loquendo dicitur de pluribus.*

3 *Vna dignitas si est in Ecclesia, an præsumatur Papa velle illa Ecclesiam priuare?*

4 *Papa si mandat prouideri alicui de dignitate qua est in Ecclesia principalis, si non sit nisi vna dignitas, non censetur de illa dixisse.*

5 *Principalis dictio an vnum vel plures cōplectatur?*

6 *Episcopus quilibet solet vnum habere Vicarium.*

Collo-

7 *Collegiatæ de canonicatibus disponunt.*
8 *Mandatum de prouidendo dicitur odiosum.*
9 *Legis vna pars aliam declarat.*
10 *Regula reseruans Papæ dignitates, an vim suam operetur contra illos qui priuilegium prius habebãt disponendi vt de reseruatis remißiue.*
11 *Episcopus an cogi possit habere Vicarium?*

QVAEST. LXXXV.

EST regula quæ reseruat dignitates principales in collegiatis, Quæritur a Doctoribus, si in collegiata sit vna dignitas tantum, an illa per dictam regulam sit reseruata? & fuerunt multi qui consu-
a luerunt dũ casus de facto contingisset, quòd non,[a] eorum autem ratio est duplex, quia a proprietate
1 verborum in dubio non debemus recedere. l. 1. §. cum qui nauem, de exercit. l. non aliter, de legat. 3.
2 Principales † autem proprie loquendo, dicitur de pluribus. l. quod per manus. ff. de iure codicill. regul. accessorium, de reg. iur. in 6.
6 Secundo, si est vnica † dignitas in Ecclesia illa, non præsumitur quòd voluerit Papa reseruare, & priuare Collatores vno suo lumine, vt per gl. in cle. 1. in verbo, incerta, de præb. quia secundum eam, aliud est prouidere de ipsa Ecclesia. His duobus argumentis moti, ita consuluere Geminian. consilio 36. & Cardin. Floren. consi. 30. quod consilium recitat in c. fi. quæstio. 1. 3. colum. de præben. & in vltima columna, versicu. rursus nulla alia dignitas, vbi hoc prosequitur, Et bene facit, quod vult idem

Cardinal.

Cardinal.in dicta clement.fina. in 7.quæstione, de
4 præbend. quòd si Papa † mandat alicui prouideri
de dignitate quæ est in Ecclesia principalis, quòd
si ibi sit vnica dignitas tantum, non poterit de ea
prouideri, & idem firmat Cardinal. Florent. in
Clement.vt hi qui. §.fin. in quarto notab.& in 9.q.
post glosam,ibi,hoc dicentem,in verbo,in eisdem,
de ætate & qualitate.

Potest tamen attentari contraria opinio,quia vt
supra dictum est de causis reseruationum,reseruationes regulariter inuentæ sunt ob publicam vtilitatem, licet in consequentiam Ordinariorum ius
lædant. Vnde large intelligi deberent.l.qui exceptionem.ff.de conditio. inser. Et licet principalis
5 proprie dicatur de pluribus,tamẽ † & vnicus principalis dicitur, vt in Clement. & si principalis, de
rescript.Nemini enim est dubium, quòd illa procedit etiam in vnico Officiali, seu Vicario; prout
6 plerisque Episcopis † habere contingit,[b] facit tex.
b in l.proximi appellatione, de verbor. significat. in
§.penult.Institut.de legit.Agnat.success. & in c.Ioseph, de verbor. significat. hanc etiam opinionem
sentit clare Ioan.Andr. in capit. statutum, de electio.in 6.quem ibi Dominicus & alij referunt, dicendo, quòd multi erexerunt Parochiales suas in
collegiatas,quos postea pœnituit,propter reseruationes Pontificum.Vult ergo,quòd etiam vnica dignitas cadat sub regulis reseruantibus principales
dignitates.Nam vbi eriguntur Parochiales in Collegiatas, vix ibi creatur vna dignitas. Non obstat
c ratio de Monoculari,[c] iuxta gl. in Clem. 1. verb.
incerta,

illos, qui priuilegium prius habebant disponendi vt de reseruatis? vide Geminian. consil. 30.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Quod non. *& hanc secuti sunt Mil.in repert.ver. Gratia per quam mandatur alicui. Felin.in c.in nostra 24.correllar.de rescript. Aeneas de Falcon. in tracta. reseruat. quaest.3.princip.num.32.& Mandos.in quinta quaestio.3.reg.Cancell. qui dum refert Felini quandam annotationem, roborare videtur motiuata per istum in contrarium.*

b Contigit. *immo illos habere † cogi possunt; Ar-*
11 *non. singul. 52. incip. semel accidit iste casus, Boer. decisio. 347. numero 6. Rebuff. in prax. benefic. tit. de Vicar. num. 2. V. I. Censurae peritus D. Marcus Anton. Cucc. in eius doctiss. prim. Pentat. Instit. maior. libro 2. tit. 8. de Vicarijs, num. 2.*

Ex diuerso tamen statuisse cernimus post Ancha. consi. 218. in fi. Dec. consi. 132. in fin. & qui eum sequitur Pute. decis. 43. Die 5. Nouembris, num. 2. lib. 2. addimus Mobedan. decis. 356. In Hispania, numero 1. qua de re distingue vt per Felin. in capitulo quoniam in fin. de offic. ordin. & per recentem Hoied. de benefic. incompatibilit. capitulo 10. numero 9. prima parte. tom. 15. tract. postremorum.

c Monocuiari. *de quo vide doctiss. D. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 201. num. 94. & seq.*

Reseruatio cum beneficio acceptandi, an subijciatur regulis de diligentijs, & de publican. prout subijcitur regulæ de expectatiuis.

SVMMARIA.

1 *Reseruatio cum beneficio acceptandi subijcitur regulis de expectatiuis, & an etiam subijciatur regulis de diligentijs faciendis? num. 2.*

3 *Plus & minus non faciunt specificam differentiam.*

4 *Extensio licita est in exorbitantibus de stricta significatione ad largam.*

QVAEST. LXXXVI.

1 Reseruatio cum beneficio acceptandi † (vt semper obseruatum est) subijcitur regulis de expectatiuis, loquendo in his, in quibus ille conueni-
2 re possunt, & ideo regulis † de diligentijs faciendis subiecta est, videlicet de publicādis, & alijs huiusmodi. Nam tales reseruationes licet ita appellentur, sunt tamen largo modo expectatiuę, quæ expectatiuæ omnes in euentum acceptationis habent reseruationem. Et ideo licet istæ reseruationes sint
3 pinguiores expectatiuis, tamen plus † & minus nō faciunt specificam differentiam. l. fin. ff. de fund. instr. Nec obstat, quòd in expectatiuis prouidet post acceptationem executor, & in his communiter Pa-
a pa post acceptationem dicit ex nunc, [a] prout ex tunc prouidemus. Quia acceptatio necessaria in fa-

uorem

uorem aliorum expectãtium, & Ordinariorum publicanda est secundum regulas, ne sit in mero arbitrio expectantis omnia beneficia occupare, & dicere ex mera voluntate hæc acceptaui, hoc autem nõ acceptaui, & ita omnia inuoluere. Hæc autem ratio in reseruatione cum facultate acceptandi mili-
4 tat, & propterea in exorbitantibus † de stricta significatione ad largam licita est extensio, vbi eadẽ ratio viget. l. filiam habeo. ff. ad Macedo. vt per gl. in Clement. 1. in verbo, electi, de elect. & Bar. in l. si constante, in 9. q. 2. part. princ. ff. solu. matr. & propterea Auditores ne hmõi reseruatiuus, & omnes Ordinarios, & omnes expectantes, ac omnia beneficia inuoluat, voluere eum regulis esse subiectum.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Ex nunc. *de qua omnino vide Put. decis. 190. Fuit resolutum, libro 2.*

An sub regulis reuocatorijs reseruationum, & expectiuarum, censeantur reuocatæ quæ sunt concessæ ab inferioribus a Papa ex priuilegio, vel consuetudine?

SVMMARIA.

1 *Generales reuocationes, an reuocare intelligantur, ea quæ sunt concessa ab inferioribus a Papa ex priuilegio, vel ex consuetudine?*

2 *Derogatio generalis nunquam tollit ea, quæ ex speciali priuilegio conceßa sunt.*

QVÆST. LXXXVII.

1 PEr generales reseruationes † ex regulis reseruationum, & expectatiuarũ non intelliguntur reuocatæ quæ sunt cõcessæ ab inferioribus a Papa
a ex priuilegio [a], vt possint in vna Ecclesia, Ciuitate, vel Prouincia reseruationes vel expectatiuas cõcedere. ita Oldr. consi. 266. respondens his quæ in cõ
b trariũ allegari possent, quia generalis [b] †derogatio
2 nunquã tollit ea, quę ex speciali priuilegio cõcessa sunt; vt p gl. in l. decurionib. C. de silentiar. lib. 12. Et maxime hoc procederet secundum eum iuxta fi. d. consi. Si priuilegium hmõi ob remuneratione͂ esset cõcessum, vel esset reale concessũ Ecclesiæ, & non personis scd̃m eum iuxta principium consil.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Priuilegio. *conferunt dicta per Pute. decis. 164. Fuit dubitatum, lib. 2.*

b Generalis. *vid. Put. decis. 109. In vna Zamor. lib. 1. Riminal. cõsi. 313. nu. 13. vol. 2. & Silu. cons. 73. nu. 4.*

An sub reseruationum generali reuocatoria, illa contineatur quæ est in fauorem Papæ?

SVMMARIA.

1 *Reuocatio reseruationum an comprehendat illam, quam Papa de certo beneficio ad fauorem non nomina-*

nominatæ personæ reseruauit?

2 *Reuocantur facilius quæ sunt ad fauorem Papæ, quam tertij.*

3 *Interpretatio facienda est ne Papa de auaritia, seu cupiditate notetur.*

4 *Reuocatio specialiũ reseruationum intelligitur de his quæ sunt in fauorẽ Papæ, non aũt certæ personæ.*

5 *Principis beneficium decet esse mansurum.*

6 *Papa facilius præiudicat quoad reseruationem eius fauorẽ concernen. quam fauorem tertij respicien.*

7 *Coniecturis non est opus in claris.*

8 *Mentales reseruationes non censentur reuocatæ, nisi fiat de illis mentio.*

9 *Papa si reseruat omnes prędecessoris gratias, an reseruatio alteri facta sit extincta?*

10 *Clausula sine tertij præiudicio intelligitur in qualibet Papæ dispositione, immo si id expreßim dicat, de modico præiudicio intelligitur, num.* 11.

QVÆST. LXXXVIII.

SOlent per Regulas Pontificum reseruationes reuocari, Quæritur si sit facta per Papam re-
1 seruatio † beneficiorum quæ tenet Titius, & hoc motu proprio nulla expressa persona: An talis reseruatio per huiusmodi regulas censeatur reuoca-
a ta [a]? Dec. consi. 168. multum laborat ad ostendẽdum quòd non cẽseatur reuocata. Sed Rota in eo casu contra illud consilium iudicauit: nam si Papa statum beneficiorum ad ius commune reducat, & reseruationes generaliter reuocet, credendũ est quòd quæ in ipsius fauorem tantum factæ sunt, ẽt

reuocare voluerit, cum ratio hæc generalis omnibus & quibuscunque reseruationibus conueniat.
2 Præterea facilius reuocantur quæ † sunt in fauorem Papæ, quam tertij: ad hoc facit optime decis. 59. incip. vtrum si Papa, de conces. præbend. in antiquis, dum dicit, quòd per illam clausulam quæ in gratijs ponitur, si non fuerit alteri ius quæsitum, non conseruatur ius Papæ quæsitum ex reseruatio
b ne, ne Papa auaritiæ, [b] † seu cupiditatis causa ali-
3 quid sibi retinere videatur. l. si quando. C. de bon. vacant. lib. 10. sed tantum ius tertij conseruatur. Et propterea Aegid. consil. 34. colum. 3. versic. ad pri-
4 mũ, vult quòd in dubio reuocatio simpliciter † facta de specialibus reseruationibus, intelligitur de his quæ sunt in fauorem Papæ, & nõ certarum per
c sonarum, quia difficilius eis præiudicat, [c] cum be-
5 neficium † Principis deceat esse mansurum. reg. decet, de reg. iur. in 6. & ad hoc etiam tẽdit consi. Calder. 7. de rescript. vbi rationibus docet, ꝙ facilius
6 † in gratijs suis Papa præiudicat quoad reseruationem eius fauorem concernent. quam fauorem tertij respicient. Et ita videtur dicendum, nisi de contraria mente Papæ clare appareat, quia in claris
7 † non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita, de verbor. obligat. Mentales tamen reseruationes
8 † non viderentur reuocatæ, nisi de eis esset facta mentio, per ea quæ supra dixi in quæstione, An de mentali reseruatione in impetratione sit facienda mentio? & ita vidi obseruari.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Reuocata. *Quid autem si Papa † reuocet omnes*

gratias

9 *gratias per suum prædecessorem factas, an reseruatio alteri facta, sit extincta? vide Aeneam de Falcon.quæst.5.princip.num.9.in tract.reseruat.*

b Auaritiæ. *diximus supra quæstione 4. sub nu.15. versic. vsurpare.*

c Præiudicat. *immo † in qualibet Papæ dispositione*
10 *intelligitur clausula sine præiudicio tertij, atq; illius iure semper saluo, Dec.in c.super eo, in 1.not.de offic. delegat. Alciat.regul.3.præsumpt.2.num.3. Aymo.de antiquit.temp.part.1.versi.1.num.30. Cephal.consil. 135.nu.102.cum seq. vbi nu.106. & 108. firmat con*
11 *cessionem † ad tertij præiudicium etiam expressam, de modico, non graui præiudicio intelligendam esse & de communi testatur Bellon. consil.2.*

Decretum reseruationis cum beneficio acceptandi, an liget Legatos?

SVMMARIA.

1 *Legatus de latere an ligetur decreto posito in reseruationibus cum beneficio acceptãdi intra mensẽ?*
2 *Decretum de quo hic ligat manus Ordinariorum.*
3 *Legatus est Ordinarius, sed superinductus, eiusque potestas est odiosa, vt ibi in addit.*
4 *Reseruationes cum clausulis inhibitorijs inhibent quibuscunque.*
5 *Decreti Clausula ligat quasi Papam.*

QVAEST. LXXXIX.

1 QVæsitum fuit inter Dominos, An decretum † positum in reseruationibus cum bene-

ficio acceptandi intra mensem, ligaret legatũ de latere vt interim non possit prouidere, etiam quòd nulla sequatur acceptatio? & post longam disceptationem fuit per omnes conclusum quòd sic. Nã
2 si ligat † manus Ordinariorum. §. secus, Clem. 1. de concess. præben. vbi late per Card. & Anch. & Cardin. consi. 116. plenissime per Fel. in c. cum ex officij, in antepenult. & vlt. col. de præscript. ligabit er-
3 go & legatos, † qui sunt Ordinarij. c. 2. de offic. legat, lib. 6. & Ordinarij superinducti [a], vt per gl. in
4 clem. 2. de offi. legat. & quia reseruationes † cum clausulis inhibitorijs inhibent quibuscunque, quacunque authoritate Apostolica fungen. ergo & Legatis de latere, vt patet per tex. in c. 2. de pręb. in 6. in verbo, quacunque authoritate. Vnde Legatus non poterit beneficia illa conferre. vt per glo. in c. 1. de offic. legat. in sexto, & Doctores in d. capit. 2.
5 etsi illud † decretum quasi liget Papam [b], cap. pe-
b nult. de præbend. in 6. ergo & illius Legatos.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Superinducti. *sequitur Puteus decis. 345. In vna Augustana, in fine, lib. 2. Gambar. de lib. lega. 5. num. 34. fol. 130. vbi addit, quòd est etiam odiosa Legatorum potestas. rursus lib. 2. nu. 364 fol. 47.*

b Papam. *vide infra q. seq. & quæ ibi dicemus.*

Decretum irritans reseruationes, quomodo liget ipsum Papam?

SVMMARIA.

1 Papa ligatur decreto suo etiam quòd non dicatur. Prouisio

2 *Prouisio valet quando motu proprio Papa venit cõtra proprium decretum.*
3 *Cardinal.consi. 116. reprobatur.*
4 *Decretum in indulto appositum, Apostolicam gratiam inficit.*

QVAEST. XC.

QVæsitum fuit, an decretum in reseruationibus cum beneficio acceptandi positum, cum clausula decernentes collationes etiam per nos factas, irritas & inanes, si reseruatiuus nõ
a acceptet, [a] liget ipsum Papam [b], qui etiam † decre
b to suo licet non exprimeretur, ligatur. c. penult. &
1 ibi no. de præbend. in 6. ita vt prouisio per eum facta non valeat? Fuit conclusum quòd licet illud decretum sit purum quoad inferiores a Papa, tamen ab eius acceptatione dependet, vnde eo non acceptante, non est verisimile quòd manus suas ligauerit. Hæc distinctio periculosa est, quia rõ mentis Pontificis etiam quoad inferiores procedit, sed quod prouisio valeat faciunt notata per Anch. & Perusin. in c. statutum, de præb. in 6. vbi volunt, ꝙ
2 quando † motu proprio etiam ad vtilitatem alterius, Papa venit contra proprium decretum, quòd valeat dispositio, & per consequens prouisio. ita videtur velle Felin. in c. cum ex officij, in vltima col. versic. & scias, de præscript. Itaque in terminis consuluit Socin. consi. 117. in 2. volum. vbi abunde, &
3 in contrarium Cardinal. † consil. 116. declarans quomodo intelligi debeat text. in Clem. 1. §. secus. de concess. præbend.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Acceptet. *vide Putc.decisio.391. In vna Calaguritana, libro 3.*

b Papam. *vide Gabriel. de clauſ.concluſ.3.nu.4. & 5.vbi declarat.hinc dicimus decretum † in indulto appositum, Apostolicam gratiam inficere. Putc.decisio. 396.In vna Rauennatensi. lib.1.*

4

Reſeruatio Canonicatus & præbendæ certi Canonici, vbi non eſt certus numerus Canonicorum, hoc non expreſſo an valeat?

SVMMARIA.

1 *Reſeruatio canonicatus & præbendæ certi canonici, in Eccleſia vbi non eſt certus numerus canonicorum, hoc non expreſſo, non valet. limit. vt num. 3.*

2 *Eccleſia numerata quæ? & an de numero ſit facienda mentio?*

QVÆST. XCI.

1 RESeruatio † Canonicatus & præbendæ certi Canonici, in Eccleſia vbi non eſt certus numerus Canonicorum, hoc non expreſſo, non valet.
a Aegid.deciſ.[a] 23.per tex.in c.ex parte, de conceſſ.
b præb. Hæc limitat [b] Lap.alleg.14. in verſic. quarta concluſio, non procedere, vbi eſſet in genere facta reſeruatio præbendæ vacantis, vel vacaturæ, quia extenditur ad Eccleſiam non numeratam, allegat Hoſtien-

Hostiensem ita declarare in d. c. ex parte, Paul.in
clem.litteris,de rescript.gl.in c.1.de concess.præb.
2 in 6. & quæ † dicatur Ecclesia numerata, & an d.
numero sit facienda mentio? ponit ibidem Lap.&
in alleg.seq. limitare ēt videtur Aegid. in d. decis.
3 nisi † Papa reseruaret locum vacaturū, prout solet
facere Papa,vbi nō est certus numerus,& ponit an
tunc obstet exceptio inopiæ, iuxta gl. in c.fi.in glo.
magn.ad fi.de concess.præb.in 6. & ibi per Docto.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Decis.13.*contra hanc Aegidij Decisionem indicatum per Rotam fuisse ostendit Io.Pau.Ptolemæus decis.16.incip.Calaphurnen.Canonicatus,per citatā glo. hic in d.c.fi.in verbo distinctio,de conceß.præb.in 6.*

b Limitat.*sequitur Aene.de Falcon. in eius tract.reseruat.in 4.q.34.effect. & cum eā residet Mandos. ad Lap.in littera f, dicta alleg.14.*

Reus & possessor licet intrusus,an possit dare obiectus contra reseruationem?

SVMMARIA.

1 *Reus an contra personam,& gratiam aliquando possit dare obiectus?*

QVÆST. XCII.

1 Reus & possessor † licet intrusus, potest exclu-
2 dere actorem per obiectus [a], ēt contra reser-
uationem,

1 uationem, tam contra personam, quam contra gratiam, Rota decis. 3. & 7. de except. in antiquis.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Obiectus. *vide D. Lancellot. de attent. 3. part. cap. 24. 1. quæst. nu. 35. & seq. post Felin. in c. olim, colum. penult. de rescript. & Ripam respons. 352. lib. vid. pariter Cassadorum decis. 1. & 2. de exceptio.*

Impetrans beneficium specialiter reseruatum, an de alterius detentione annali mentionem facere debeat?

SVMMARIA.

1. *Impetrans de alterius detentione facere debet mentionem.*
2. *Felini conclusio hæc redditur anceps:*
3. *Possessio illius qui beneficium reseruatum ab ordinario impetrauit, dicitur vitiosa.*

QVAEST. XCIII.

Rota decis. 78. de rescrip. in antiquis, refert fuisse alias ordinatum per Papam, quòd impetra-
1 tiones † de beneficijs specialiter reseruatis, tacita
a annali alterius detentione, non [a] valeret. quod per regulas hodierni temporis ad omnes impetrationes extenditur, de qua regula dic vt plene per Fel. in c. in nostra, in 36. correllar. 3. not. Et si vera sunt quæ ibi Felin. scribit, quemadmodum & regula ip-
2 sa sonat, non videtur vera, † nec subsistere possunt,

quæ

quæ in 13.not.ad illud 36.correll.notauit. Et quémadmodum facienda est mentio de possessione alterius, ita etiam facienda est mentio ab impetrante de possessione sua, si beneficium forte reseruatum habuit ab Ordinario, & vigore illius possessionem est assecutus, de ista inquam possessione
3 sua vitiosa † facere debet mentionem. ita Aegid. decis.498. de quo plene per Felin. in c. postulasti, in penult.& vltima columna, de rescriptis.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Non valeret. *concordant Aene.de Falcon.tracta. reseruat.4.quæst.princip.effectu 11.in fin. Gomes.& Mandos.in reg.de annali,ille quæst.23.num.5.atque in quæst.38.num.2.hic autem quæst.18.nu.4.& aliqua tangit quæstione.* 15.

Legatis de latere qualiter liceat reseruare?

SVMMARIA.

1 *Legatus de latere potest reseruare, & an eius executor? num.5.*
2 *Legatus de latere quæ beneficia, & quomodo possit reseruare?*
3 *Reseruatione Legati de latere quando nullum ius acquiratur?*
4 *Legatus non potest dare ius ad vacatura.*
5 *Legato prohibetur Cathedralium reseruatio.*
6 *Legati reseruatio morte, & officio absoluto extinguitur.*

QVAE-

QVÆST. XCIIII.

1 REſeruationem † beneficiorum facere etiam Le-
a gatus de latere poteſt [a], vt in c.cum dilectus,
de iure patron. ſecundum tamen moderationẽ. c.
præſenti,& c.deliberatione,de offi.leg.in 6.Et quę
2 † beneficia [b], & quō poſſit reſeruare? proſequun-
b tur ibi late Doct. Et ex reſeruatione Legati de late-
re facta præter dictam formam,etiā pro certa per-
ſona,ei nullum ius nec in re,nec ad rem acquiritur
3 cum contra Concilium † Lateraň. non poſſit dare
ius Legatus ad vacatura,capit.dilectus filius, & ibi
Abb.notat de præb.& late ponit Abb.in c.dilectus
4 de iure patron. & quemadmodum licet Legato re-
c ſeruare,ita † & eius executori [c], vt p Lap.all e.14.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Poteſt. *addimus Federic.de Sen. conſil.65. Infra-
ſcriptæ,columna 2.in ſecundo dubio verſic.ſed Lega-
ti,Mil.in repertor.verb.Legatus de latere poteſt bene-
ficia reſeruare,refert & ſequitur D.Mandoſ.ad Lap.
alleg.hic indicata 14.in 1.addit.*

b Beneficia. *fusè Gambar.de legato,lib.4.ſub tit.de
poteſtate Legati in reſeruando benefic. Aene.de Falc.
in 2 part.tracta. reſeruat. pariter ex profeſſo tangit.
5 illud tamen certum eſt, Legato † prohibitam eſſe Ca-
thedralium reſeruationem, per d.c.deliberatione,de of-
fic.legat.lib.6.Abb.in c.1.not.1.de elect.Sylu.de bene-
fic.part.2.q.1.ante num.21.verſ. item do inſtantiam.
Mandoſ.in 2.q.2.reg.Cancell.nu.10.atque in caſibus
in qui-*

6 *in quibus reseruatio illi permittitur, illam morte,† vel officio eius absoluto extingui planum est. d.c.præsenti, de offic.legat.lib.6. Aene.de Falcon.in princip. 5. quæstio. princip. Mandos. in 6.quæst.9.reg. num.4.*

c Executori. *vbi Mandos. in littera b concordantes adducit.*

Legatus de latere an possit reseruare cum clausula acceptandi?

SVMMARIA.

1 *Reseruare potest Legatus de latere, cum clausula, acceptandi.*

2 *Euangelistæ Pallottæ Cardinalis mentio.*

QVAEST. XCV.

1 LEgatus de latere potest † facere reseruationē
2 cum clausula, quòd duxerit acceptandum [a], nam licet Io.Andr.in c.si cum super, in Nouell.de præb. in 6. de hoc dubitet, tamen alij, vt referunt Dom.& Philipp.paulo ante fin. hoc varijs rationibus concludunt, & idem tenet Federic.de Sen.consil.65.ad fin.2.dub.& Villadiego in tracta.de legato, in q.9.versic.sed quæro iuxta prædicta.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Acceptandum. *sequitur Aene. de Falcon. ad fin. 4. prælud. secundæ partis. tractat. & hac cum opinione residet Mandos. ad Lap. alleg. 14. in 1. addit. ibi & licet Ioan. Andr. Sed hęc & alia pleraque dilatari, & contrahi consueuerunt ex Legatorum facultatibus,*

quippe

quippe quæ hactenus in Dataria Sanctissimi quamuis diuersè fuerint expeditæ: Hodie tamen huius officij penè omnia ad veram germanamque praxim, Illustremque candorem sunt restituta, solertia, pietate, &
2 *doctrina Illustrissimi † & Reuerendissimi Domini mei* EVANGELISTÆ PALLOTTÆ *Cardinalis Prodatar. vt ad hanc prouinciam cum dignitate sustinẽdam natus quodammodo is videatur: cui profectò satis multum tribuimus, & quidem iure, posteaquam pij sacerdotis munus valde accurate, & caste eum superioribus annis functum esse Illustri ab* Hieronymo *Damasceno nostræ sororis Amitinæ viro accepimus, illudque Archiepiscopi Cosentini melius postea exequutum fore, ac postremò iam relati optime sustinere lætanti animo inspicimus.*

Legati decretum in reseruatione positum, an liget ignorantes?

SVMMARIA.

1 *Papæ decretum ligat ignorantes.*
2 *Inferior Papa nullus etiam Legatus potest contra ius disponere.*
3 *Ignorans quòd ligetur est contra ius.*
4 *Legati decretum in reseruatione positũ Ligare ignorantes, amplia idem esse in executore vigore litterarum Apostolicarum, num. 5. referuntur tamen aliquæ pugnantes opiniones, num. 6.*
7 *Decretum Papæ afficere ignorantes, intellige quoad actus nullitatem. secus quoad pœnas & cẽsuras, item intellige post publicationem, non ante, nu. 8.*

QVAE-

Q V AE S T. XCVI.

QVæritur an decretum Legati positum in reseruatione, liget ignorantes, vt interim, & ante notitiam non possint prouidere? Nã
a de decreto Papæ [a] † non est dubium, licet Colle-
1 cta.in c.dilecto,in 2.quæst.de probat. in hoc dispu tet. In quo quidem articulo omissa disputatione, varij varia sensere.
2 Nam nullus † Papa inferior, etiam Legatus, potest contra ius disponere.c.cum inferior, de maior. & obed.c.pen.§. fi.de filijs presbyt. Sed quòd quis
3 ignorans † ligetur, est contra ius.l.fin.de decret.ab ordin.faciendo, & ita tenet Archidiacon. in cap.si Apostolicæ, de præbend.in 6. referens Compostellan.in c.2.ad finem, de rescript. eãdem opinionem videtur tenere Lap. in c.statutum, de præbend. in 6.Paul.de Eliezar. in Clement.1. de concess.præb. & Zenzelin.in d.c.si Apostolicæ.
4 Contrariam opinionem, † quòd iure liget, tenent Innoc.& Host.in c.cum dilectus, de iure patron.& Host.in Sum.eo.tit.§.a quo, Io.de Lignano in d.c.si Apostolicæ, & videtur sequi Lap.alleg.14. & latiss.Gemin.firmat in d.c.si Apostolicę, de præbend.in 6.dicens esse casum pro ea in c.cum dilectus, de iure patron. Idem etiam sequitur Card.Florent.in clem.1.in 6.not.de prob.vbi dicit hanc opinionem communiter a Doctoribus teneri. Idem tenet Bonifac.de Vital.in Clem.1.in 2.col.iuxta finẽ,
5 de concess.præb. Quinimmo † etiam reseruatio, & decretum executoris vigore litterarum Apostolicarum,

carum,afficit ignorantes,vt plene per Oldrad. con silio 319. circa princip.

Sed in ista opinionum varietate, aduertendum
6 † est,quòd Io.And.in d.c.si exceptione nullam opinionem firmat,Dominus Alexan.consi.97.in 5.vol. dubitat,prout & dubitat Gem.in c.1.§.fin.3.col.de conceß.præb. in 6. Federicus vero de Sen.consilio 297. videtur tenere opinionem Archidiaco.quòd nõ liget,Pet.de Anch.in c.si beneficia, de præben. in 6. sequitur etiam opinionem Archidiaconi, eandem esse tenendam & communem attestatur Soc. consi.112. vbi dicta Geminiani confutat in 2. vol. & ante eos eandem opinionẽ probat Collect. in 3.& 9.q.in vlt.col.de præb. licet idẽ Collect. in c.accedens,in 11.q.eo.tit. velit quòd decretum Legati ita liget sicut decretum Papæ.Sed debet intelligi vt liget scientes, non autem ignorantes, prout etiam firmat idem Collect.in c.fi.in 25.q. in 6.col. cum seq.de sortileg.vbi tamen refert Ioan.And. dicens, quòd Legati vtuntur decreto decernen. irritum quicquid scienter uel ignoranter,&c.quodq; ita seruatur, idem etiam abunde quòd decretum
b Legati ignorantes non [b] liget, sequitur Villadieg. in tract.de legato.9.q.versic.sed quæro, an decretum,Alex.consi,90.7.vol.& Philip. in d.c.Apostolicæ, idem amplectitur. Et alias cum in Rota casus contingisset, & nonnullis ex Auditoribus opinio contra Archidiaconum placeret, tamẽ maior pars Archidiaconi opinionem sequuta est,& ita fuit iudicatum.& nouissime Aeneas de Falcon.in quodã tractatu suo de reseruat.in 2.par.in quæst.princip.

in primo effectu, tenet hanc opinionem, quamuis multorum, qui supra per me allegantur, per ipsum mentio non fiat.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Papæ. *prout probat tex. in c. si eo tempore, iuncta gl. in versi. ignoranter, de elect. lib. 6. & c. 1. & c. si soli, de concess. præb. eod. lib. hocque apud omnes indubitatum esse dicit Mandos. ad Lap. allega. 14. cui initium est conclusio prima, littera d. vers. decretum, ibique limitat. fusius per Gabriel lib. 6. de clausul. conclus. 3. & in quantum Gabriel num. 8. & Mandos. versic fallit conclusio, volunt † quoad pœnas, & censuras decretum non ligare, sed tantum quoad actus annullationem, addimus Puteum decis. 281. Duodecima Martij, num. 4. lib. 1. vbi pariter restringit, ignorantes afficere post tamen publicationem, non ante.*

7

b Non liget. *& hanc esse magis communem opinionem scriptis exarauit Gambar. de legat. libro 3. num. 592. fol. 95. & Mandos. qui de illo non meminit vbi supra verb. Legati, littera E, dicentes veram, & tenendam. addimus Gabriel præcitato in loco, limita. 2. num. 9. cum seqq.*

Legatus an reseruationem suam etiam in fauorem certæ personæ, possit reuocare?

SVMMARIA.

1 *Legatus potest suam reseruationem reuocare.*
1 *Philippi Franci limitatio a Rota explosa.*

QVAEST. XCVII.

QVæro an Legatus possit reseruationem suā etiam in fauorem certæ personæ factam, re-
a uocare?[a] & clarissimū est ꝙ sic, † nisi d .uen
1 tum fuerit ad collationem, vt probatur in c. præsen ti, & ibi omnes, de offic. legat, in 6. limitat tamen
2 hoc Philip. † ibi in 2. limit, nisi is pro quo facta est reseruatio, consenserit processui facto per executo rem, quia ex tali consensu, cum sit ei ius quæsitum, non potest reuocare, & ita dicit tenere Ancha. ibi.

Tamen cum casus in Rota cōtigisset, ego de om nium consensu iudicaui contrarium. Et quia hæc opinio est contra tex. in d. c. præsenti ponderantem tantum collationem vt non reuocetur. Ideo dicebatur Io. Andr. in d. c, Apostolicæ velle, ꝙ si primo reseruauerit, ꝙ collatio interim facta a Legato alteri, valeat; quasi tacite reseruationē reuocare possit, ita & expresse, vt per Card. in d. c, cum dilectus. 1. quæst, de iure patron. & Villadieg. in supradicto tract, 9. quæst, versic. sed an huiusmodi reseruatio. de hoc tamen vltimo plene disputat Cald. consi. 3. de preb, & quamuis varias esse Doctorum opiniones referat, tamen ex multis contrarium consuluit.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Reuocare. *vide Petr. And. Gambar. tracta. de legato, lib. 4. 27. q. num. 127. fol. 109.*

Legatus

Legatus si vigore specialis facultatis vni confert, & alteri vigore legationis, pro quo reseruauerat, quis præferatur?

SVMMARIA.

1 *Collatio vigore Apostolicæ facultatis preferenda est.*

2 *Facultate conferendi beneficia simpliciter concessa, an veniant dignitates? & quid si facultas dicat conferendi secularia & regularia? num. 3.*

QVAEST. XCVIII.

SI Legatus vigore specialis facultatis potest reseruare aliqua beneficia, & vigore legationis pro vno reseruat, deinde vacans beneficium vigore specialis facultatis alteri cōfert, licet primus ab executore sibi etiam conferri obtinuerit, tamen is,
1 † cui vigore facultatis Apostolicæ collatio facta est, præferri debet, ita ad declarationem cap. hi qui authoritate, de præbend. in 6. consuluit Calderin. consilio 8. de præbend.
2 An autem in facultate cōferendi beneficia † sim
a pliciter concessa, comprehendantur dignitates [a]? Io. Andr. in c. fi. de verb. sign. in 6. Ad illius text. declarationem vult quòd sic, & ibidem Philipp. qui super gl. in verbo, similibus, ostendit post Io. Andr. qualiter huiusmodi facultas partim odiosa est, partim fauorabilis, idemque vult Gemi. post antiquos,

in c.cum in illis. §. final.ad finem, de præbend. in 6.licet contrarium (prædicta tamen non allegans) consuluerit Soci.consil.260.9. col. vbi in fortiori-
3 bus terminis loquens, asserit quòd † in facultate conferendi beneficia secularia, vel regularia, non comprehenditur dignitas, sed Rota iudicauit secundum opinionem Io. Andr. & aliorum, cum casus contigisset in vna Barchinonen.

APPENDIC. PAVLI GRANVCCII.

a Dignitates. *vid. glos. in c.1.de reg. iur. in 6. & Clement. Auditor, de rescrip. c.tua, de verbor: signific. Felin. in c. causam quæ, num. 14. de rescript. nec non Rebuff. in prax. benefic. tit. de forma Vicariatus Archiepiscop.nume.111.& seq. vbi cum affirmatiua pariter resident.*

Hæreticorum beneficia an adeo reseruata in Germanie sint, vt Ordinarij in eorum mensibus illa conferre non possint?

SVMMARIA.

1 *Reseruata sunt omnia beneficia per hæresis crimen vacantia.*
2 *Constitutio Pontificia est obseruanda.*
3 *Constitutio Papæ vim legis obtinet.*
4 *Constitutionis Pontificis publicatio an sufficiat: quòd*

quòd Romæ tantum sit facta? & nume. 11. 15. 16.19.20.& 21.

5 *Decretum irritans Papæ ignorantes ligat.*

6 *Beneficia ex depositione, vel priuatione, nunquid reseruata sint in Germania? & num.29.*

7 *Ordinarij collationem vitiat reseruatio.*

8 *Decretum irritans in reseruatione positum, omnia annullat in contrarium facta.*

9 *Ordinarius de iure communi habet fundatam eius intentionem in collatione beneficiorum suæ Diæcesis. amplia etiam si per hæresis crimen vacarent, num.10*

12 *Ignorantia quo casu probabilis?*

14 *Constitutionem publicam non esse, sufficit opponere, vt in aduersarium onus probandi transferatur.*

17 *Bursat. hic se corrigit.*

18 *Lex à die publicationis ligat.*

22 *Constitutio in prouincijs vsu non recepta, ad obseruantiam non obligat.*

23 *Ordinarij Germaniæ quando & quomodo conferre possint?*

24 *Concordata Germaniæ fauorabilia sunt, & plenissimè ad Ordinariorum fauorem, & contra concedentem interpretanda.*

25 *Concordatis an per Pontificem specialiter derogari possit? & num.26.*

27 *Dispositio generalis, priuilegium peculiare alicui concessum non tollit.*

28 *Papa hic declarat concordata lædere nolle.*

30 *Beneficia per contractum matrimonij. vacantia,*

& reseruata, an pariter Ordinarij Germaniæ conferre possint?

31 *Legatus in partibus Germaniæ existens, an possit beneficia in Ordinariorum mensibus vacantia conferre?*

QVAEST. XCIX.

QVæstio hæc de Adonidis (vt ferunt) horto videtur esse, perpetua Pij V. fœl. record. Constitutione attenta, sub data Romæ apud S. Petrum, anno 1566. vj. Calend. Februarij, bene-
1 ficia † omnia ob hæresis crimen vacatura, sibi reseruante.

2 Quæ quidem obseruanda † est. c. fi. §. constitutiones, de hæretic. in 6. Authent. vt nouæ constitut. in
3 princip. quoniam generalis † legis vim obtinet. c. pastoralis, vbi omnes, de fid. instrum. Abb. Fel in. & Deci. in Rubr. de constit. nouum cum non sit illam
4 Romæ † duntaxat publicatam, confestim omnes, etiam ignorantes vincisse, nulla etiam in Germania illius promulgatione facta. Bero. in c. cognoscétes, nu. 49. & 50. de constitut. Aufrer. ad Capell. Tholos. quæst. 445. de communi. Roland. a Vall. consil. 8. num. 28. lib. 3. D. Menoch. de arbitr. iud. cas. 185. a num. 8. ad 14. vsque, idque expressim traditur in d. Pijna, dum dicit qui eam constitutionem in cancellaria Apostolica & in acie campi Floræ de more publicatam, inter cõstitutiones perpetuo valituras describant.

5 Stante præcipue decreti irritantis † clausula in

ea

ea adiecta, cuius natura est ignorantes statim ligare, vt per Fel. in 4. limit. & Dec. nu. 5. d. in c. cognoscentes, & de communi testatur idem Menoch. loco iam relato, nu. 24. & seq. Pute. decis. vlt. Die 9. April. lib. 3. nu. 3. & fuit tentum in illa Colonien. canonicatus infra adducenda, in fine. qua de re abunde per nostrum heraclium lapidem Anto. Gabriel. de clausul. conclus. 6. cum alijs, de quibus copiose studiosiss. D. Bursat. omnia prætacta comprobans, consi. 43. incip. Ob crimen hæresis, nu. 46. cum tribus seq. vol. 1. addimus Mandos. ad allega. Lap. 84. littera u. atque ad alleg. 14. littera d.

Eoque magis id firmandum videtur, posteaquã inter Germaniæ impressa concordata legimus, be-
6 neficia ex † depositione, priuationeve (prout hæc de quibus sermonem habemus vacare intelliguntur) reseruata Summo Pontifici esse: ibi nec non per depositionem, seu priuationem, iuncto principali, & extremo verbo reseruamus. Atque in his verbis potissime fixa erat opinio pro hac parte eruditiss. V. I. D. & Summi Templi Colonien. Canonici D. Hermanni Vvinckelij.

7 Quocirca, Ordinarij † de his collatio quamuis firmitatis robur alias obtineret, peculiare tamẽ reseruationis ius dicta ex Pontificia constitutione emanans, illam impugnaret. Aegid. decis. 116. si petens confirmationem, num. 2. Cassador. decis. 6. lite pendente, nu. 9. de præb. perspicuum cum sit De-
8 cretum † irritans omnia quæ in contrarium post reseruationem facta sunt, annullare. c. si eo tempore, de electio. lib. 6. Gaspar. de Perus. tracta. reserua.

quæſt.10.Pariſ.conſil.29.num.21. & ſeq.volum.4. Mandoſ.in 2.reg.quæſt.2.nu.13.Mohedan. deciſio. 310.Regula cancellariæ,ibi & etiam.

Oppoſitam partem, & ſic affirmatiuam in illis tantum beneficijs, quæ iure cõſueto Ordinarij Germaniæ cõferre poſſunt tueri poſſemus, ex eo quod
9 † Ordinarius de communi iure in beneficiorum Diœceſis ſuæ collatione fundatam intentionem habet.c.2.c.ex partè,c.conſtitutus,de conceſſ.præb.c. omnes baſilicæ.16.quæſtio.6.c.ordinarij, de offic. ordinan.lib.6. c.gratia, & ibi Franc. num.2. de reſcr.in eod. lib. Milis in repert.ver. Epiſcopus fundat,tradit Aegid.deciſ.717. collationes præbendarum,num.3.Caſſado.deciſ.22. Variæ reperiuntur, de præbend.Mandoſ.in 4.quæſt.13.regul. numero 2.& in 5.quæſtione 14.regu.numero 2. Scitè dixit Burſat.conſilio 126.Cum nihil ſit,numero 44.cum præced. & ſeqq.immo fundatam habet intentionem in omnibus menſibus, niſi obſtarent reſeruationum impedimenta, Put. deciſ.492. in vna Corduben.numero 3.libro 2.

10 Atque ſpeciatim, quòd hæretici † beneficia poſſit in eius menſibus Ordinarius conferre,alias Rota Romana ſuppoſuit,Achille de Graſſ.tunc Auditore poſtea vero Cardinale meritiſſimo teſte, deciſ.261. incip. hæreticus, ſub Rubr. de hæreticis, quam retulit D.Lancellot.de attentat. 2.part. c.5. de attent.accuſat. penden. nu.36. iuncto fine præcedentis numeri.

Ad contraria reſpondendum eſſet, quòd dicta Pij V.conſtitutio obſtare non videtur. Primò, quia in Ger-

11 in Germania non fuit publicata, quocirca † ignorantes ligare non potest. c. vt animæ, de constitut. in 6. Roman. consi. 128. pro plena, num. 7. ipsaque
12 ignorantia isto in casu probabilis † est, Cardinal. consi. 40. prædictæ constitutionis, in princip. Gemi nian. consil. 78. formantur ista, numero 1. & sequen. Mandos. ad Roman. consilio 260. in proposito, ver. valida, littera c, & hãc esse receptiorem vtriusque iuris professorum sententiam, quòd scilicet publi-
13 catio † in Germania requirebatur, Sotus fidem facit de iust. & iur. lib. 1. quæst. 1. artic. 4. & Alphons.
14 Castr. de potest. legat. c. 1. ad fi. Quòd † tantum opponere satis superque est, vt probandi onus in aduersarium transferatur, Dec. & cæteri in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. Quinimmo probare quis pariter tenetur extrauagantem esse vsu receptam, Gozad. consil. 16. numero 16. Pute. decis. 281. statim laudanda, in fi. lib. 1. Bursat. consil. 55. nu. 20. lib. 1. & statim dicam. Certo certius cum sit promulgatio-
15 nem † Romæ duntaxat factam, veriori ex opinio. vt Prouincias arctet, non prodesse. vt post gl. in eodem c. cognoscentes voluerunt. Abb. nu. 2. Fel. nu. 22. atque Bero. nu. 52. & 53. qui de veriori testatur, & latissime prosequitur idem Bursat. cõs. 200. Quidam clariss. nu. 102. cum plur. seq. lib. 2. ibiq; num.
16 104. aperte concludit, Pontificis † Constitutiones per omnes Prouincias omnino insinuandas fore. ꝙ post Alex. cõs. 52. in causa & lite 1. col. & ibi addit. lib. 7. repetit in consi. statim indicãdo & cons. 225. num. 31. & de Natta meminit consi. 498. num. 20.
17 eoque loci, num. 109. Palinodiæ † partem cecinit, dum

dum ad prius per eum firmata in dicto consil. 45. nu.48. vol. 1. pro aduersa opinione supra per nos adducto, responsum aptare neruos intendit: hoc idem sequitur in consi.255. ex pluribus, num.30. cum tribus seqq.confert Ant.Gabriel.lib.6.de legibus,conclus.4.num. 1.& 6. dum ex magis commu-
18 ni probat, à publicationis † die dispositionem ligare; videndum tamen admonemus Doctissimum. Illustremque Doctorem D.Franciscum Pegnam nuper in sacro Rotæ Auditorio eius id exigentibus meritis cooptatum,in tertia parte directorij Aymerici côment.158.col.10.& seqq.fol.715. in postrema editione.

Nec obest de irritanti decreto Pijnæ Constitutionis obiectum: nam contrarium Rota alias (Sarnen.proponente) determinauit in vna Brixien.donationis fructuum,de qua per Pute.decis.281. incip.Duodecima Maij 1542. libro primo, quo loci
19 in terminis ostendit Constitutionem † Extrauagãtem cum decreto irritanti Romæ publicatam,non tamen in loco Patriarchæ Constantinopolitan.illũ
20 non ligasse: subdens, quòd decretum † licet ignorantes afficiat,id tamen intelligendum est;post publicationem in loco,& hanc pluribus relatis,communem dicit Mandos. ad Roma.consil.330. circa primum,versi.puto, littera M.
21 Verum, conclusio hæc † non tenuem cum pati posset scrupulum, ex 13. authoritatibus alicuius fortasse ponderis per Gabrielem è regione cumulatis,tit.de clausulis, conclus.3. effectu 5. num.45. quem Bursat.dicto consil.43. num.49. primo loco

secutus,

secutus, cætera eius responsa non confutauit: neque receptiorem ponderandi fert in præsens occa sio: pergemus ad alia.

Non videtur obstare secundo iam relata Constitutio: Quoniam dato etiam non tamen concesso quòd publicata fuerit, tamen in his partibus cũ
22 vsu † recepta non appareat, ideo illam seruare nõ tenentur. c. fina. §. hæc & si legibus. 4. distinct. gloss. communi placito recepta in c. 1. de treg. & pac. Benedi. Capra reg. 5. per totam. D. Hyppoli. Riminal. consilio 108. num. 10. & seq. volum. 1. Bursat. dicto consilio 255. num. 5. addimus Mandos. in 1. quæst. reg. 23. de mendicantibus, num. 4. & seq. addimus Nauarr. in Manual. capit. 23. num. 40. & 62. & dixi supra numero 14.

Tertio, haud nocere videtur ipsa Pijna, & in hoc animaduertatur, postquam concordatorum
23 Germaniæ vigore, Ordinarij libere † in sex alternatis mensibus possunt beneficia conferre, & hoc reseruationibus factis, & faciendis sub quacunq; verborum forma non obstantibus, prout in prima præsentis tractatus nostra quæstione num. 4. ostensum est, atque in ipsis concordatis legitur. §. placet etiam nobis, & ad verbum refert Pute. in decis. hic in fine citanda. Quæ cõcordata cum reducant nos
24 ad ius commune, fauorabilia † esse dicit Cassado. decis. vnica, incip. concordata Germaniæ, nu. 2. de pact. Et plenissime in Ordinariorum fauorem, & contra concedentem interpretanda. quibus Pium
25 V. fœlic. memor. peculiariter † derogasse prout requirebatur, nõ inuenitur, & hoc si illam amplecti

velimus

velimus opinionem, quòd scilicet Papa illis derogare possit, iuribus ibidem per nos indicatis, quibus addimus Mandos.1.regul.Cancell.quęst.2.sub num.12. ibi immo etiam in Gallia. Quamuis vltra dicto in loco per nos in oppositum adducta, ualdè vrgeat Mohedan. decis.233. Imperatori, seu Regi
26 Romanorum, in fine, vbi dicit † concordatis Pontifices derogare non censeri, propter cuiusdam pacti naturam, quæ in similibus cōcordatis est, quòd pactum tolli non potest, prout coram Puteo fuit alias tantum decis.226. in vna Germana concordatorum, lib.3.& tradit Crescentius decis. 55. incip. Reseruatio licet, & sentit Gambar. de legat. libro 3. num. 207. fol.78. qui licet, aliter sentire videatur, ex ratione nam legatus est Ordinarius: tamen respondet Put. decis.345. in vna Augustana, lib.2. in fin. dicens esse superinductum, nō naturalem, prout fuit tentum in illa Colonień. canonicatus, corā D. Aldobrādino 2. Iunij 1574. ibi Hinc est etiam, Et pro hac parte ponderetur Gabriel. de iure quæsito non tollendo, quæst.5.& 6. pro qua pariter adduci posset conclusio illa glo. in verbo, in decurionib. l.3. C. de silentiarijs, lib.12. videlicet per gene-
27 ralem dispositionem † nunquam tolli peculiare priuilegium alicui concessum, de qua per Loffred. consi.31. col. penult.& Gabriel. de legibus, concl.1. atque ex alijs quæ missa facimus: Postquam San-
28 ctiss.† D.N. Gregorius XIII. pietate, integritate, atque doctrina singularis, Opt. Max. Pontifex in eius mensium Apostolicorum reseruatione, Romæ publicata de anno 1572. die Iunij 6. apertissime
dicit,

dicit,se concordata lædere nolle, quæ omnem tollere videtur ambiguitatem.

Non obstat tandem id quod ex aduerso de beneficiorum reseruatione vacantium per depositioné,
29 & † priuationem obijciebatur: nam hoc falsum apparet,postquam illa particula non est concordatorum,sed pars dicitur textus Extrauagantis,Ad regimen,ibidem ad verbum insertæ,atque modo, & forma prout in dictis concordatis traditur, modificatæ,confert Alex.consi.49.sub num.16.ibi quam Angelus ibi dicit lib.7.Quare dictam primam opinionem qui vellet retinere, posset pariter ad contraria responsiones venari, fundando præsertim eas in tam immani detestabilique hęresis delicto, innumera peculiaria priuilegia habente, quæ adducendi iam crebra armorũ decertatio spem adimit,iccirco quæstionis huius decisionem præstantissimo, atque grauissimo iudicio Reuerẽdissimorum & Illustrissimorum Dominorum Cardinaliũ sacri conuentus sancti officij relinquo.

30 Idemque fortassis dici † posset de omnibus beneficijs in Ordinariorum mensibus vacantibus per contractum matrimonij effectuatum,pariter reseruatis per regulam Sanctiss.56. incip. Item si reseruetur,& tradit Cassador.decis.3.de reseruat.incip. Concesserat Papa,num.4.per prędicta.

31 An autem his †concordatis attentis,possit Legatus Apostolicus in Germania existens, beneficia in dictis Ordinariorum mensibus conferre? Put.vide decis.345.In vna Augustana Canonicatus & prębendę, libro 2. Paulus Granucius.

Pro-

Prothonotariatus priuilegij sola ex impetratione absentis nomine facta, si ante insignium receptionem is moriatur, nunquid eius beneficia erunt reseruata?

SVMMARIA.

1 *Prothonotariorum omnium beneficia sunt reseruata, etiam non participantium, nu. 2. extende etiam ad illa creatorum a Legatis de latere, num. 3.*

4 *Prothonotarij etiam absentes creantur, & quibus seruatis?*

5 *Reseruata an sint beneficia Prothonotarij absentis creati, antequam insignia susceperit demortui? & numero 9.*

6 *Acceptatio requiritur, vt beneficium proprie absentis dicatur.*

7 *Reseruata non dicuntur beneficia collata, sed non acceptata.*

8 *Condictione non adimpleta, perinde est ac si dispositio non emanasset.*

QVAEST. C.

SCientiam tuam non præterit, quòd omnium
1 Prothonotariorum † beneficia sunt reseruata. prout Pute. testatur ad finem eius decis. 81. cui initium est, dubitauit D. Fabius, libro. 3. & speciatim
2 Prothonotariorum non participantium † beneficia reseruata fore sæpe Rota conclusit, eodem Puteo te-

teo teste in decis. 313. incip. die 28. Aprilis 1542.
3 libro 1. Idque dilatari † ad beneficia Prothonotariorum per Legatos de latere creatorum Caputaquen. scriptum reliquit decis. 330. incip. Prothonotarij. libro 1. Quamuis non ignoremus quo ad Prothonotarios non participantes, neque a Papa creatos affatum Caputaqué. die Veneris 19. Iunij 1551. contrarium tenuisse in eius decis. 14. incip. lis erat,
„ in Rota lib. 3. manuscripto ibi, Non obstat Dida-
„ co quòd Petrus Bezzero non erat Prothonotarius
„ de participantibus, ad hoc vt haberet locum reser
„ uatio. Quia fuit responsum quòd beneficium di-
„ citur reseruatum etiam quòd vacet per obitum
„ Prothonotarij nó participantis, dummodo sit creatus a Papa. Qui Caputaquen. potuit moueri ex fine constitutionis declaratiuæ Pauli III. fœlic. record. publicatæ Romæ viij. Maij. 1543. quippe quæ sicut est registrata in postremo diplomatum libro sub numero 79. folio 490. ita in causa fuit vt studiosiss. D. Borgnin. Caualcan. Generalis Vicarius Illustrissimi & Reuerendissimi Domini mei HIPPOLYTI DE RVBEIS Episcopi Papien. & Cardinalis omni pietate, officio, & humanitate præclari, multum laboris in id consumpserit, vt ostenderet aliquot Rotæ decisiones per eum indicatas, male fuisse loquutas: is inquam in decis. 17. num. 28. & seqq. lib. 2.

Cæterum, prout D. Borgn. vidisse eo loci demonstrat D. Mandosium Patrem de Legali philosophia optime meritum, in 5. & 13. regulas Cancell. ita eius theoricas in quæstio. 7. primæ regulæ

scriptis

ſcriptis exaratas ſedulo inſpexiſſet, vbi de iam relata Pauli III. declaratione particulatim meminit,& ei reſpondet,ac firmat ſemper Rotam tenuiſſe quòd Prothonotariorum etiam non participantium, Legatorumve de latere beneficia ſint reſeruata vtique e conſpectu, & ſic cum veritate hæſiſſet. Quemadmodum Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini mei HIERONYMI CARDINALIS à RVVERE doctrinarum omnium, animi præſtantiæ, vitæque ſingularis integritatis plane ſimulachri mādato,in huius facti euētu, me id 2. Aprilis 1587. a Reuerendiſs. P. D. Ioan. Baptiſta de Rubeis nobile Romano, & Rotæ Almæ Vrbis Decano Doctiſſimo, atque incorrupto efflagitaſſe memoriæ teneo: Qui aliquot eius aduerſarijs reuiſis,tandem mihi reſpondit,vt ſuis verbis ei referre deberem,omnia quorumcumq; Prothonotariorum etiam non participantium,& a Legatis a latere creatorum beneficia de ſtylo Rotę haberi pro reſeruatis. Demumque contra D.Brognini vota ea in facti ſpecie tētum fuiſſe grauiſſimum teſtimonium habemus valdè in vtraque iuris cenſura eruditi,& præſertim in eccleſiaſtica diſciplina apprimè verſati Admodum R. D. Antonij Marij Caballi Apoſtol. æque Prothonot. & Illuſtriſſimi,ac Reuerendiſſimi Domini mei NICOLAI SFONDRATI Cardinalis Cremoneñ.Epiſcopi,cunctarum virtutum,clementiæ, ſummęque ſanè innocentię acerui, Generalis Vicarij.

Quatenus vero D. Mandoſ. in poſtrema dictæ quæſtio. parte verſic. aut quærimus diſtinctionis fœdere

fœdere ſimplici reſeruationi affirmatiue, & illi familiaris, & continui commenſalis negatiuè reſpondet, addo pro tali diſtinctione collineare Putei deciſionē paulo ante accerſitam.3 1 3. num.20. lib.2.

4 Verum tibi æque proſpectum eſſe opinamur etiam abſentes Prothonotarios fieri conſueuiſſe, ea cum particula in diplomate contenta, vt Prælatus in partibus moram trahens, per Concedentem ad id ſelectus, iuramentum de more a promouendo recipiat, conſuetaque huius honoris, & dignitatis inſignia ei conferat, prout fieri poſſe teſtimonium habemus Sacri ſancti Concilij Tridentini. ſeſſ.24. cap.11. de reformat. incip. Quoniam, ibi in Romana Curia, vel extra, & Put. in confeſtim adducenda Dec. atque nobiſcum facto probatum eſt. Per Illuſtr. & Reuerendiſſimi Domini mei Ioan. Franciſci Epiſcopi Vercelleñ. beneficentia: quippe qui ad Cæſarem Nuncius deſtinatus, vt eius charam atque iucundam Sponſam magno ſtudio & incomparabili ſolertia in Dei timorem, Eccleſiaſticamque diſciplinam planè inſtructam, cum ampliſſima etiam beneficia conferendi facultate, mihi illius Generali tunc Vicario, quamuis tanto oneri valde puſillo, & debili concredere decentius poſſet, prout reipſa fecit: honorem hunc (ita enim a dicto Trident. Concil. appellatur,) & dignitatem (prout poſt Caſſaneum in cathalog. glor. Mundi. 4. parte 29. conſid. tenuit Rota coram Reuerendiſſ. Domino meo Chriſtopharo Robuſterio iam meritiſſimo Orioleñ. Antiſtite, in vna Hiſpaleñ benefi-

cij.14.Ianuarij.1572.) in me conferri curauit.prouinciaque huiusmodi admodum R. D. Philiberto Bucino, ex Condominis Burontij V. I. C. valde docto & pio, Cathedralis Vercelleñ. Præposito, & Apostolico Prothonotario demandata: anno 1581. 23. Decembris me exteriori lineo amictu (quem rocchettum vocant) cæterisque insignibus dicta in Ciuitate is decorauit. Hæc nempe improuiso exciderunt, prout Rebuffo euenit in prax. benefic. de dispensat. super defecti natal. num. 85.

5 Contigit modo dubitari † si is qui Prothonotariatus huiusmodi in Curia per amicum impetrari fecit, atque expediri, sed tamen ante insignium iam relatarum receptionem obdormiat in Domino, nunquid eius beneficia erunt reseruata?

Pro affirmatiua videntur Peregrin. decis. 110. In vna valentina Parochialis. lib. 1. & Put. decisio. 339. cui idem est initium. libro 2. ea quippe rationem ambo vrgentur, nam propter erogatum pretium centum aureorũ in expediendis Prothonotariatus litteris necessarium, præsumptio emanat de eius ordine & mandato factam esse impetrationẽ cuius intererat, prout in notabili impensa facta se subscripsit Bar. in l. cum seruus. col. 1. ff. de verbor. oblig. per tex. in l. fin. C. de aliment. pupill. præst. & Bald. consi. 327. 1. col. lib. 3. quamuis etiam in aliquali expensa facta dilatent. Dec. in c. 1. num. 7. de iudic. & Caputaquen. decis. 20. incip. postquam Rota. lib. 1. quo loci plura in id collegit.

Nihilosecius pro negatiua in sequentes authoritates

ritates satis multum stingũt, scilicet text. in c. si tibi absenti ibi licet per collationem de præbend. in 6.
6 qui nobis probat, ante † acceptationem per absentem factam, non dici proprie beneficium acquisitum esse. ac tradit Paris. consi. 142. incip. Quod reseruatio. num. 10. vol. 4. post Lap. alleg. 89. incip. Factum super quo. num. 6. quia non acquiritur tunc possessio, sed ius tantum ad rem, vt per Gemin. d. c. si tibi absenti. num. 18. & Hierony. Gabriel. consil. 186. num. 25. lib. 1. regula autẽ reseruatoria considerat vacationem per obitum Prothonotarij, iccirco in solo iure ad rem sine possessione Prothonotariatus adepta verificari non potest vt per Gomes. in 1. quæst. reg. de non tollend. iur. quæst. versi. Primus igitur modus, per quem acquiritur nobis ius ad rem, est per electionem, ibi quia dictæ regulæ inducentes reseruationem. Per quem tex. in d. c. si tibi Aene. de Falco. in tract. reseru. 3. q. principali. num. 30. & rursus quæst. q. 4. 7. effectu nu. 1. firma-
7 uit beneficia † collata, & per prouisum non acceptata minimè sub reseruatione venire, prout sub ea non includi beneficium Electi tantum quamuis in Curia mortui, dixit Franc. in capit. quam sit. §. 1. in princip. de electio. in sexto, quem sequitur Gomes. loco præcitato, versic. quia per solam electio.

Accedat nam Prothonotariatus ea sub conditione concessus videtur, vt iuramentum præstetur, & insignia recipiantur, ergo conditione hac deficien-
8 te, † gratia non potest dici perfecta: & proinde est ac si facta non foret. l. necessario. §. quòd si penden-

te.ff.de pericul.& com. rei vendit. Socin.Iun.consilio 180.numero 42.,libro 2. & cum hac negatiua
9 † residet Dom.Mandos.in 8.quæstione, primæ regulæ Cancell. atque ad contraria respondet. quãuis fateamur hanc esse materiam valdè broceardicam.Hæc omnia,cæteraque per nos hactenus scripta,est scribenda,Sanctę matris Ecclesiæ censuræ perpetuo,& demissè subijcimus. Deoque Opt.Max.atq; gloriosiss. Genitrici Mariæ in sempiterna secula sit honor, & gloria. Amen.

PAVLVS GRANVCCIVS.

FINIS.



INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS,

QVÆ IN HOC TRACTATV De reseruationibus Beneficiorum continentur.

Prior numerus Quæstionem, secundus numerum margin. tertius paginam denotat.

A

B.

Anch.

I.

P.

Q.

FINIS.

LAVS DEO SEMPER.

Errata quæ rectum sensum deprauare potuissent, sic corrigenda sunt. cætera leuiora pij Lectoris iudicio committuntur.

fol.6.lin.23. ibi spectante, dic spectantibus. fol.17.lin.13.ibi mediatos, dic mediatos & . fol.36.lin.20 ibi nam ibi gratia, dic nam ubi gratia.fol.54.lin.22.ibi sed eius Ecclesiæ, dic sed eorum ecclesijs fol.59. lin.6.ibi hic citatum, dic hic citati.fol.77.lin.1. ibi Papæ reseruando, dic Papa reseruando fol.81.lin.22.ibi supradictio, dic supradicto. fol.137.lin.21.ibi quæst 33. dic quæstio 38 fol.141.lin.6. ibi temeor, dic tempore.fol.149.lin.2.ibi & bonafidei. dic & bonæfidei.fol.151. lin.3.ibi in hac Pontificia, dic in hoc Pontificia. fol.156. lin.15.ibi utrum beneficia, dic uerum beneficia.fol.161. lin fin. ibi uacante.hic cadit clausura parentesis paulo ante perperam posita. fol.162. lin.2. ibi conferre possit, dic conferre possint. fol.204.lin.11. ibi sit purum, dic sit purũ.fol.227 lin.fin ibi ei c e.dic ei esse fol.244.lin.5.ibi Item beneficium, dic idem beneficium fol.251.lin.13 ibi reperit, dic reperitur.fol.252.lin.17.ibi principales autem, dic principalis autem.fol. 278.lin.26.ibi dicit qui eam.dic dicit quòd eam fol.279. lin.16. ibi de quibus sermonem, dic de qua sermonem.fol.292.lin.7.ibi est scribenda, dic & scribenda.





